



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Historiæ Societatis Iesv Pars ...

Clavdivs. Res extra Europam gestas, & alia quædam / suppleuit Petrus
Possinus Ex Eadem Societate ; Francisco Sacchino

Orlandini, Nicola

Romæ, MDCLXI

Liber Septimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98261](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98261)

HISTORIAE
SOCIETATIS IESU
PARTIS QUINTAE
TOMVS PRIOR

A.C. 1587.

Liber Septimus.

Soc. 4.



1
Congregatio
B.V. Annun-
ciatae Roma-
na per orbē
imitatione
propagatur.

Primum
Neapoli.

Tum Panor-
mi.

Et Valentiae,
& alibi.

2
Congrega-
tiones item
alię institutę
utilissimę va-
rij generis
hominum.

3
Impetrantur
Sodalitati-
bus Indul-
gentiæ.

OMENTVM inestimabile per omnes ferme ter-
rarum oras, priuatę, publicęque pietati fecit So-
dalitatum institutio hominum cuiusvis ordinis etiam
non discentium: quarum ex anno, quem iam aggre-
dimur, censerī natalis potest, cum diplomate Pon-
tificio potestas facta est eas ad Romani Collegij pri-
mariam adiungendi, vt iisdem Indulgentiarum be-
neficijs fruerentur. Ex hoc enim tempore frequen-
ri passim coeptę. Iam tum sub S. Ignatio nonnulli et
hoc genere inchoati cœtus erant, ac nominatim
Neapoli sub titulo venerationis Sanctissimi Sacramenti, qui hodieque per-
seuerat, in Domum professorum anno 1610. translatus ab Collegio: sed in-
formam certam, interseque consimilem haud satis coaluerant. Progressu
temporis Panormitana inter nobiles maxime adoleuit sodalitas, ex qua
in omni genere pietatis fructus efflorere multi, atque præclari, & inde
in Hispaniam ipsi propagati sunt eiusdem formę cœtus. Quippe anno octo-
gesimo tertio vnus sodalium natione Hispanus, cum in patriam regressus
Valentiam, narraret quam præclara in conciliandis dissidentibus, subleuan-
dis calamitosis, defendenda innocentia; ad hæc in domorum singularium
Christiana disciplina, per eum conuentum Deus efficeret, Hieronymo Dome-
necho acres admouit stimulos, compar vt præsidium Valentię moliretur,
sicut anno insequenti post consultum Claudium Generalem, de eius so-
cietate in Spiritus Sancti patrocinio, ac nomine prospere inchoauit. Alii
subinde alibi instituta sodalitia sunt (vt suis nos annis interdum nota-
mus) non solum Nobilium, sed & Sacerdotum, & mediocrium Ci-
uium, & Opificum, ac plebis etiam rusticanae; ad alia super alia con-
stantia industriam excitante successu, qui plane spem superabat. Namque
ex his aliquanto etiam maior quam e scholasticis fructus extabat, quod
vt ætatis firmitate Sodales, autoritateque præibant, ita & ibi firmis
ad virtutem informabantur, & ad alienum profectum plus habebant mo-
menti, siue exemplo, siue conatu, quia totę in vno Patrefamilias domus
emendabantur, communi cum Ciuitatum emolumento, quarum publicę res
recte habent cum priuatę in bono sunt statu. Tanta igitur cum existere
plerasque per Prouincias ex hisce sodalitijs diuini cultus commoditas, simulque
Pontificiæ indulgentiæ dona exoptarentur; institit, impetrauitque Claudius,
vt liceret eas Primarię contribui Romani Collegij, atque iisdem bene-
ficijs impertiri. Quod ita factum est, vt titulum, ac nomen ab Annun-
ciatione Virginis haud necesse foret assumere. Addita est ea cautio, ne
quod

quod vnquam inde impedimentum Societati ad maius Dei obsequium creari posset, eoque Generali, si quando ita è re videretur, ius dissoluendi eas tributum. Iam coeperant sodalium quidam Valentiae nominatim, atque Neapoli annuas legare pecunias arbitrio Sodalitatum suarum, pios usus atque necessitates inopum erogandas; sed vetuit Claudius accipi, ne paulatim abirent nostri conuentus in formam Confraternitatum, quas Societati curare moris non est. Nec mirum est, opus vsque adeo salutare non impensius primos Sociorum complexos: illa namque paucitas praeter perennes discursus, nec alijs quidem sufficiebat consuetis muneribus: reseruatatum ergo quasi diuinitus aduicta Societati videtur, vt quò longius auro, numeroque procedit, hoc maturiores, vberioresque fructus edat. Quia non defatigatur festibus, sed potius foecundatur, caritatis industria. Nobilium Sodalitatem Neapolitanam apud Philippum Regem, cum in suspicionem quidam vocarent, tanquam conspirationibus opportunam, vt in quam Dynastarum, ac Procerum plerique conscripti essent, edoctus Rex quam sincere, quantoque bono publico ad cunctas in se pietatis partes extenderent, nihil morè laudabili incepto ponendum censuit. Multa haud semel nec vna in Ciuitate contenderunt Matronae, vt ipsis quoque liceret in huius generis conuenire coetus: sed res nullo modo probata est. Adeo vt, ne coetibus quidem, quos alicubi ad Catechismum promovendum certa habebant pietatis perspecta feminae, quempiam Sociorum interesse placuerit.

Multis iam per Europam in Prouincijs Societas iactabatur. Dubiae in Polonia erant res, afflictae in Transyluania: in Gallia, & Hispania, vel ab externis, vel ab ipsis exercebatur domesticis. Itaque in omnes partes circumspectans Claudius, & tanquam caput membrorum sentiens cunctorum dolores, ac leuamenta conquirens, egregia ad Prouinciales monita misit, vulgata hoc anno eà Epistolà, qua quarta inter eius editas habetur, inscripta: de quibusdam medijs ad Societatis conseruationem facientibus: qua cum omnibus Prouincijs in commune consuluisse, tum singulis opportuna etiam auxilia procurauit. Res Hispanicas egit cum Pontifice diligenter. Visitatore in Galliam Assistentem Laurentium Magium destinauit, cuius interim loco legit, ac Prouinciales probarunt, Ioannem Baptistam Carminatam. Magna etiam cura supplementum Sociorum in Transyluaniam destinauit, qua suis infra locis plenius exponuntur. Habita de more post triennium stato tempore Congregatio Procuratorum hoc anno est Romae. Erat Castellana Prouincia, qua Generalem Congregationem cogendam censerat: sed vbi cognitus est Societatis totius status, ac Prouinciarum reliquarum consensus, nihil opus esse Generali conuentu, nemine excepto visum est omnibus.

Romae quarto idus Martij in Germanico decessit Collegio, qui illud inde vsque ab initio cum à Gregorio XIII. fundatum est, per annos quatuordecim rexerat Michaël Lauretanus. Itaque primus eius Rector iure censi potest. Natione erat Illyricus, ortus in Italia Recineri. Ad Societatem Laureti adiunctus sub annum 1556. cum in B. Virginis aede Lauretana, vnde sibi cognomentum adsciuit, Cantorem ageret. Post breuem, vt ferebant tempora, tyrocinijs religiosi disciplinam missus in Prouinciam, vt tunc vocabatur, Longobardiae, plus quatuor annos partim Patauij, partim Foroliuij Humanitatem docuit, dein etiam Romae. Inde disciplinis maioribus eruditus, in concionibus, & confessionibus cum laude, fructuque versatus est, boni viri, & in omni virtute aequabilis semper famulatus. Praefuit aliquandiu Bononiensi Collegio Rector: postea in Germanico veteri biennium Minister: ad extremum Rector in eodem nouo creatus est: ad quod munus sortitum eum omnino diuinitus eximiam facultatem euentus ostendit. Debetur ei quicquid in eo tanta molis Collegio

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. i.

R R

gio

4
Cur ab initio Societatis Sodalitates institutae non sint.

5
Neapolitana Sodalitas apud Philippum Regem frustra accufatur.

6
Coetus seminarum non probatur.

7
Visitator in Galliam mittitur Laurentius Magius Assistentis.

8
Congregatio Procuratorum habitata Romae.

9
P. Michaël Lauretanus moritur.

10
Vita eius summa.

II
Collegij
Germaniei
leges, & Di-
sciplinam
Lauretanus
constituit.

12
Exquisite
apparatum,
& sumptuo-
sam Musicâ
cur adhibue-
rit.

13
Noctes ab
eo precibus,
& meditatio-
nibus impen-
dit.

gio disciplinæ, ac pietatis, quicquid legum, ac morum, quicquid Divi-
ni cultûs: & religiosi ritus hodieque viget; quin etiam quæ postea
instituta sunt varias per oras eius generis contubernia, inde formata,
inde institutorum pleraque petiuere. Ipse Coellegij leges, ac mores con-
posuit, singula vltimum, diuque ante periclitatus. Gregoriani formam
diplomatis, quo Collegium statutum est, idem ipse concepit: quod di-
ploma tamen consequuti Pontifices alicubi, vt seuerius, temperarunt, im-
men ab eius rei prudentibus magni sit, tanquam valde aptum, pium,
plenum, septum vndique, & in omnes casus communitum. Porro ad-
ministracionis suæ rationem ita disposuerat, vt primam curam fingendis ad
pietatem moribus: proximam Ecclesiæ ritibus ediscendis: tertiam litera-
rijs traderet disciplinis. Nam cum iuuentutem sibi formandam videret si-
stinendæ per Septentrionem, restituendæque pietati Catholicæ destinandæ,
multum quidem momenti reponerat in literis; sed multo plus in vera
animi virtute, curaque diligenti sacrorum: quippe quæ si excellenter ad-
sint, literarum præstantiam desiderari non sinant. Intelligebat igitur Se-
ptentrionem pastorum idoneorum inprimis laborare penuria: & hanc iuuen-
tutem in illud maxime supplementum parari: Itaque sic instituendos, vt
pastorale munus non modo possent implere, sed quod caput est scribo
suscipere, & constanter administrare vellent. Itaque id esse primum,
vt pij essent ipsi, ac studio pietatis arderent, & in ijs maxime rebus
pietatem colerent, quas Hæreticorum impietas proterere conaretur. Dein-
de sacras ceremonias non optime solum callerent, sed etiam magni aspi-
rarent, itaque tractarent, vt ijs delectarentur, in ijsdem consueverent,
quo dein sua quisque in patriâ tantò eas obirent perfectius, nec curam
vnquam aliò inclinarent. Nam qua quisque in re præstat, & assuevit, in
ea facile perseverat. Videbat igitur Michaël primam esse pietatis curam,
vt fundamentum ædificij totius: eoque studiorum Præfectos, atque hypo-
didascalos adamabat non tam Doctrinæ, ingenijque subtilitate muros,
quam consummata honesti laude spectandos. Rodulfum Aquanum, An-
tonium Mariam Parentucellum, & huius notæ libenter habebat viros,
adhibebatque in Sodalitatibus Dei Matris regendis, quæ lectis florebat
iuuenibus, egregieque cursum tenebant. Quarum secreta vna erat deo
Veneratione Sanctorum. Eodem magna ex parte pertinebat occupatio in
assiduo rituum sacrorum cultu, quæ fugaces ad deteriora iuuenum mentes
sanctis cogitationibus illigabat, & sensim sanctarum tractatione rerum sa-
cilitate imbuebat. Eam ob rem Templi, Altarium, Sacerdotum quan-
titerat splendidum, & magnificum ornatum curabat: symphonicos no-
bilissimos quosque conducebat: sacra ingenti vi cereorum collucente, pe-
ragebat. Quæ cum fierent haud sine magnis sumptibus (adeo vt Viti-
tor olim Sebastianus Morales ponendum eis modum censeret) tamen apud
Euerardum Generalem Michaël tenuit ne quicquam moueretur: affere-
rans ea necessaria omnia ad instituti Collegij propositum, vt iuuenum
animis diuinarum rerum species, ac Maiestas, quæ par foret ingenere-
retur, ac firmiter inhaereret. Quicquid è splendore illo, apparatusque
detraheretur, ex ipsa rituum sacrorum disciplina decessurum, eamque ad
extremum paulatim lapsuram. Ad res ordinandas, cumque Deo com-
municandas, cum occupationum multitudo haud satis diurni spatij va-
cum relinqueret, nocturna quieti destinata rapiebat tempora: nec raro
totas creditur solitus vigilare noctes, nunc in precibus, nunc in rerum
præmeditatione agendarum. Nec vero maiore valebat prudentia ad bene-
sapienterque excogitanda, quæ ex usu forent, quam ad eadem transigen-
da utebatur industria. Præsens intererat diuinis officijs, & præparandis,
& peragendis. Observabat, quam quidque apte, tempestiveque fieret,
& sentiebant Alumni habitare in eo studio Rectoris curam. Quod si quis
quid

quid in cantu, gestu, cæremoniaue peccaret, pœna repræsentabatur, quæ in posterum attentionem, & industriam exaceret. Vbi festorum dierum celebrior quis appeteret, in expoliendo, ornandoque templo primum Rectorem cernere erat. Siue pauimentum, quod tessellulis varij marmoris artificioso emblemate contextum est, terendum, & ad nitorem tergendum, siue candelabris æneis reuocandus fulgor, siue quid huiusmodi laborandum, prodibat ille in medium linteo præcinctus, inuitansque alacriter, ac prouocans iuuenes aggrediebatur opus. Atque illi non tantum volentes, sed & gaudentes, seque inuicem hilariter incitantes certatim consequebantur. Ita res impigre fiebant, absolute, alacriter. Adijciebat illam Michaël sapientem omnino, paternamque curam. Nam vti semper operam dabat, vt suis eis placeret status, latique agerent; ita vbi plus laborum subierant, plus indulgentiæ impertiebat in curandis corporibus, quo fiebat, vt ad auctoritatem sibi caritatem adiungeret, & iuuenes exactorum laborum incundus exitus ad futuros alliceret. In Martyrum Natalitijs haud raro ad eorum Sanctas in Vrbe ædes vniuersos ante lucem facibus viam pandentibus deducebat. Ibi accensis ad sacras reliquias candelis aliquandiu persisterant in precibus, ac ferme aliquid cantabatur apparato concentu. Tum domum reducti, exhilaratique ientaculo, mature ad literarias scholas mittebantur. Ad venerationem Sanctorum primus ipse excogitauit Martyrologij dispositionem litaniarum in modum, quo ritu deinde Petrus Antonius Spinellus librum typis excusum vulgavit: primus restituere, exornareque præsertim Martyrum historijs ædium sacrarum parietes Romæ instituit: Et visitur pie admodum, & eleganter sacra Ædes Sancti Stephani, cui rotundæ est nomen, id genus opere picta: vbi figura ipsa rotundi templi iuuant, omnium ætatum, ac regionum præcipui quique Martyres ad memoriæ, cultusque perpetuitatem vnum sub aspectum cum sacro quodam terrore ponuntur. Nec vero solum iuuenes quandiu in Collegio degebant, curabat, sed etiam dabat operam, vt vbi absolutis literarum studijs remitterentur in patriam ita animati discederent, vt vsum cum eo per literas inde etiam retinerent: quos in tempore salubribus erudire præceptis pergebat, & hortatibus incitare. Denique vt erat ita & habebatur vir prudens, industrius, in cœptis vrgendis strenuus, constans, pietatis cultor sincerus, eiusque amplificandæ perstudiosus: quo nomine Gregorio Pontifici admodum probabatur. Nec dubie auctoritati eius multum Pontifex dedit in vestigalibus Collegio addicendis. Philippus Sega cum Collegium inuisit Sixti Pontificis iussu, vt suo loco demonstratum est, hominis prudentiam, & administrationem nunquam admirari, ac prædicare cessabat. Ad extremum Villicus fidelis & prudens præclaros tulit fructus villicationis suæ, merita apud Deum ingentia, & sancta opera, quæ eius disciplinæ Alumni longe, lateque per Germaniam, & alias Septentrionis plagas edidere: atque in posterum id etiam consequutus est, quod superuacaneum putabat, vt à multis Germanorum Principum, & Antistitum, haberetur in pretio, qui eius ad occasum ingemuere: nec pauci iustis, velut parentem, exequiarum magnificis honestarunt. Alumni vero, qui præsentem in Collegio adfuerunt, non solum honoribus ceteris, sed & vberibus lacrymis profequuti sunt: contenderuntque & peruicere, vt in Collegij templo corpus sepeliretur, eamque ob rem ab Professorum domo, quo deportatum fuerat, referretur, & in Aula, quæ etiamnum cernitur pictam eius effigiem proposuere ad perpetuum grati animi monumentum. Successor ei dum idoneus quæritur, accitus est Petrus Antonius Spinellus, qui Collegium Neapolitanum regebat: & huius loco Neapolim Andreas Spinula missus est, cuius afflictæ simul valetudini sperabatur illa Cæli clementia profutura.

Memoranda hic venit templi nostri Tiburtini hoc anno perfecta con-

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

R R 2 stru-

14
Supplicationes Alumnorum antelucanas Martyrum Natalitijs ducit.

15
Martyrologij dispositio in Litanias ab eo inuenta.

16
Templum S. Stephani rotundi picturis ornat.

17
Iudicia magnorum hominum de Lauretano.

18
Alumni peruincunt, vt in templum ipsorum Professorum domo corpus eius referretur.

19
P. Spinellus Rector Germanici.

strucio, tatis inopinata occasione suscepta, forte quadam conspirantibus in vnam studijs hominum duorum, & ortu, & vitæ genere dissimiliorum, sed virtute, ac religione præstantium. Iacobus Ximenes patria Hispanus Secretarius Societatis, habebat non raro ratione sui muneris tractanda collationibus, & concessionibus gratiarum, Datarium vocant. Is est magistratus in Romanâ curia summæ autoritatis ac fidei, grauissimique omnes in partes momenti, quem Pontifex Gregorius Matthæo Contarello Gallo Anlegauensi, homini sibi domesticis experimentis, & longo vsu familiarum ministeriorum notissimo, & probatissimo, commiserat. Professorem apud Martinum Nauarrum Aspilcueta, qui hoc ex ore Pontificis à se exceptum scripto contestatum reliquit: se ideo Contarellum tali officio præfecisse: *Quod & doctissimum sciret, & integerrimum, & nec prece nec precibus à recto flexibilem.* Quem his meritis postea in sacrum Cardinalium Senatum adsciuit. Ad hunc igitur cum adire cõpisset Ximenes, vt est illa omnium occupatissima functio, agrè impetrabat audientiam, nec raro à familiaribus, & Ministris, homo ipsis ignotissimus subalterè repellebatur. Quod virum in omnes partes circumspicissimum Contarellum non latuit. Itaque cum Ximenes aliquando longâ patientiâ exorato aditu negotium ei suum prudentissimè, ac modestissimè exponeret, admiratus Contarellus iudicium viri, & in aliquam eius verecundiam ingressus, tunc, inquit, ille es quem audio à meis Ministris aliquando inclementer repulsum? Ad quæ ille nuru factus quod res erat, se de illis conquiri negavit, quos videret multas, & veras habuisse causas parum sibi deferendi, ignoto vtique nec magni faciendo capiti. Confusus eâ modestiâ Cardinalis, excusauit humanissimè, quod perperam aiebat factum, recepitque curaturum, ne quid tale eueniret in posterum. Quod & cumulatè præstitit. Audiuit deinceps Ximenes sapius, & semper in eâ, quam primò formauerat opinione confirmatus est de Patris exquisitâ prudentiâ præstantique probitate. Ergo quadam die seducto familiariter in intimum Musæum. Dudum, ait, quærebam, Pater, quod tandem diuino beneficio reperisse in Te videor, virum idoneum quem meâ conscientia arbitrum faciam. Quare nisi grauaris istam mihi in posterum commodare operam, non alio deinceps cognitore lapsuum meorum in arcano Penitentia tribunali, ac iudice vtar. Quo annuente, ex eo tempore statim quot hebdomadis confessionibus aperire illi animum perrexit. Nec ita multo post pecuniam se quandam collegisse retulit, quam eius arbitratu in opus aliquod pium veller expendere. Pater cogitandi spatio impetrato, commendatoque Deo negotio, exposuit: esse Tibure Collegium Societatis cum alijs destitutum subsidijs, tum adæ sacrâ carens, vbi rite nostra Ministeria exerceri possint. Nihil moratus Cardinalis viginti millia nummum ei se iuando prompta habere dixit. eamque pecuniam mox obtulit. Ex quâ duodecim aureorum millibus Templum à fundamentis extrui captum, hoc demum anno perfectum est, reliqua octo millia in censum data, quæ vectigal annuum alendis Socijs redderent. Preterea cum vacare contigisset Prioratum S. Sabæ in agro Tiburtino, vt in Collegio Tiburtino adiungeretur impetrauit à Gregorio. Ac quia Templum, quod adificandum susceperat, Deo dicari in honorem Sanctæ Symphorosæ, ac Filiorum Tiburtinorum Martyrum cupierat. Ex eorum Sanctorum corporum Reliquijs Romæ in Ecclesiâ S. Angeli in Piscinâ religiosè asseruatis partem notabilem Pontificis imperio extrahi curauit, quæque decorè habendis thecas argenteas donauit, ac anno ab hoc retro quarto huius sæculi 1583. piè decedens, sacram suam suppellectilem (quam Capellam vocant) eidem Tiburtino Collegio testamento legauit. Hoc demum anno manu suprema, vt dixi, Templi adificio imposita, tran-

20
Iacobi Ximenes ad Card. Contarellum gratia vada orta.

21
Eligitur Ximenes à Card. in Confessarium.

22
Tiburinum Collegium à Card. Contarello auctum.

translatio Romanarum eò reliquiarum magna caremoniâ celebrata est. Auxit solemnitatem caput Sancti Martyris Getulij, S. Symphorosa viri, ac septem Martyrum Patris, quod Andreas Crucius Tiburtinus Episcopus ex peruerusta æde, quæ Tiburi est Sancti Petri acceptum; vt honorificentius haberetur, in Templum Societatis deportandum ibique in perpetuum asseruandum dedit. Accessit vnus Sanctæ Virginis ex triumphali S. Vrsulæ Comitatu venerabile cranium. Quæ omnes Sanctæ Reliquiæ argenteis inclusæ ferulis sextodecimo Kalendas sextiles, pridie anniuertariæ diei quâ Ecclesia recolit Sanctæ Symphorosa, ac filiorum palmas, pompâ in primis magnificâ in sacram ædem Templi nostri Tiburtini sunt illata. Earum loculis ornandis præter pecuniam à Contarello relictam, Iacobus Ximenes aliam ex alijs amicis corrogatam adiecerat. Clerus Tiburtinus cum Magistratu, ac populo sacris pignoribus obuam prodijt, porta & viâ, quâ pompa ducebatur, & hinc atque hinc parietibus ad festiuam hilaritatem ornatis. Fornices quoque visebantur subinde veterum triumphalium instar excitati, cum aptis ad honorem Martyrum in fronte titulis, non sine insertâ commemoratione aliorum sanctitate insignium quibus antiquum Tibur gloriatur. Occurrebant aduenienti Pompe Puerorum splendide vestitorum, & coronatorum floribus Chori, Symphorosam cum reliquâ Sanctæ Sanctæ Matronæ familiâ salutantium, ac ciuium ex tanto tot sæculorum interuallo suorum triumphalem in communem patriam reditum gratulantium. Ipsemet Beatos Patronos Claudius Generalis ab Româ prosequutus, cohonestandis noui Templi Encænij, etiam ad Panegyrim ibi collectam, idoneam tempori, & loco, multo audientium applausu, orationem habuit. Magnâ domi forisque inculpatæ, ac religiosæ vitæ famâ celebratus est Alfonso Parauicinus hoc eodem anno in Collegio Lauretano pridie nonas Maias vita perfunctus; eoque extraordinarijs honoribus suprema eius Canonici decorarunt. Semper erat affixus operi, laborumque, vt creditum est, supra vires contentione morbum contraxit, ex quo ad sempiternam quietem excessit. Haud minus desiderij, & gloriæ, Lauretique, & Anconæ, vbi pridie Natalis Domini immortalitati, quemadmodum sperare licet, exortus est, reliquit Claudius Matheus, is, quem ne Ciuilibus Gallia motibus inuolueretur summotum ab Vrbe, Lauretumque missum supra retulimus. Tum plane ostendit nihil sibi potius obsequij gloria esse. Ab omni cura alia, seuocato animo, continuo se se totum ad iuandos incolas, aduenasque conuertit. Anconam accitus ab Antistite, vix vero simile est, quam omnibus Ordinibus operâ suâ prodesset, quanta in opinione, ac veneratione vulgus aequæ, ac nobiles eum haberent. Plerosque nobilium de peccatis audiebat: satisque iam frequentem Omologeseos, ac Synaxeos usum induxerat: explicabat conscientia quæstiones Clero: habebat cohortationes ad Cœnobita Virginum, & pristina in speciem sanctimonia reuocabat; passim ab omnibus adibat consilij causa, & audiebatur, ac si oracula funderet. Denique cuncti eius decessu orbatos se se patre, atque Magistro deplorauerunt. Inter primos quoque nobilium, certamen exarsit, ambientes gentilitijs suis sepulchris corpus eius inferre: sed vicit non autoritate solum sed etiam ex quadam Claudij dum viueret, propensione in eum singulari; Ioannes Nappius. Denique nisi hominem per cæca hæc Galliarum tempora inconsultus pietatis ardor, tanquam generosum equum impotens vigor, vltra Societatis morem, ac stadium rapuisset; vt erat ad magna quæuis abunde instructus, haud paulo plus Societati, reique Christianæ profuisset. Vt intelligant Religiosi viri iterum atque iterum, ac sine fine monendi, quo capacior cuique magnarum rerum, ac valentior indoles est, hoc ei necessarios magis frenos obsequij: ne quanto præclarior potest sub Magistro mereri pal-

23
Translatio
SS. Reliquiarum in Tiburtinum Societatis Templum.

24
Pia mors, & extraordinariæ exequiæ Alfonsi Parauicini.

25
P. Claudius Matheus moritur.

26
Bona eius opera, & amor hominum in eum.

palmas, tanto temere perfultans, sibi caterisque grauiore clades infligat.

Ex Prouincia Venera Iulius Fatius in Neapolitanam translatus est. Prouincialis morte Benedicti Sardij vacuum: in Veneta interim Ludouicus Gagliardus Proprouincialis successit. Hoc primum anno Tyrones Neapolim Nonis Septembris traducti sunt Nolâ, in ædes quæ ad Echiam anno 1584. ex Anna Toralda Marchionissa Poliniani comparatæ erant. Nolum vero ab Neapolitano Collegio Socij, qui darent Humanitati, & Eloquentiæ operam missi. Porro Neapolitanum Tyrocinium aliquot ante annis Venusinus Princeps Fabritius Gesualdus fundandum susceperat: Caterum nonnulla interim conuersione rerum suarum absterritus, donatis, quos iam tradiderat, bis mille sexcentis aureis, perficiendum opus, Fundatorisque titulos Annæ Mendoza Comiti Sancti Angeli cessit. Tum euenit, quod nescio quomodo dudum Claudio Generali animus præstigiabat. Iam tum enim pro noticia pietatis Annæ, cum Gesualdus opus illud suscepit, mirabatur qui factum esset, vt ei decus illud præpereret. Ac ne tum quidem satis persuadere sibi poterat rem exitum habituram, sed plane sentiebat operis absolutionem, quemadmodum euenit, religiosissimæ illi Comiti diuinitus destinatam. Inter multos egregiarum facultatum, quos ad Societatem Deus per Italiam hoc anno submisit, perthudiosè certauit Ioannes Baptista Centurionus Saonenfis Episcopus, cum impetrasset à Pontifice, vt se se Episcopatu abdicaret. Visum tamen est Generali cum Societati, tum Episcopo opportunius fore, si in partem mentorum receptus, consilio Patrum pro arbitrio vtens, vitam ab obedientiâ, disciplinæque solutam munere, domi suæ traduceret. Domum enim receptus, periculum erat, ne ob ætatis, valetudinisque afflictæ necessitates, plus disciplinæ domesticæ afferret incommodi, quam ad animorum necessitates subleuandas auxiliij.

27
Tyrocinium
Neapolita-
num funda-
rum, & in id
Nola tradu-
cti Tyrones.

28
Episcopus
Saonenfis
Societatem
expetens iu-
stis de causis
non admitti-
tur.

29
Poloniæ res
supra spem
pacatæ.

30
Antonius
Posseninus
Legato Apo-
stolico Co-
mes additus
à Pontifice.

Id agente
Generali re-
uocatur.

31
In delibera-
tione de elec-
tione Regis
Poloniæ So-
cietas studia
partium vi-
tat.

Res in Polonia supra spem pacatiores fuere. Vehementer enim timendum erat, ne per interregni licentiam, noua molirentur hæretici. Ante omnia cauit Prouincialis, Romaque admonuit seriò Claudius, ne qua ex parte Comitiorum res nostri homines attrearent. Et tamen prohiberi sermones hominum vsquequaque nequuerunt. Duo maxime erant, quibus Regnum vulgo animis destinabant, Sigismundus Suecæ Rex, & Maximilianus Rodulphi Cæsaris Frater. Iam ex populo, vt quique alterutri studebat, ita fere contra eum facere Iesuitas differebant. Nam Germani studere eos Sueco, multi Polonorum præferre Maximilianum conquerebantur. Nonnulla dabatur ansa sermonibus, quod Antonius Posseninum Archiepiscopo Neapolitano Legato Apostolico Sixtus adiunxerat, ferebatque fama magnam ei pecuniam dedisse Pontificem in Suecæ subsidia, cum alij tamen in Maximiliani, alij in Parmensis Principis operam missam eam, vtique pro studijs quisque suis, dicitarent. His incidendis sermonibus, ne sine causa Austriaci offenderentur, egit cum Pontifice Claudius, & ille probauit, vt Posseninus in Italiam se reciperet: qui Parauum statim regressus, frugiferam ibi, ac strenuam proponendis maxime spiritus Exercitijs, quietem egit. Sed euitari non potuit quin Cardinali Radiuillo flagitanti concederetur in Comitiorum tempus Antonius Arias, qui tamen & pro sua egregia sanctitate, ac prudentia, & monitis Prouincialis præmunitus, ita se gessit, vt cum ad eum post electionem Sueci Reguli concio gratulatoria omnium prope vocibus deferretur, constantissime repudiaret, ne antequam plane Regni totius consensus atque tranquillitas constitisset, ad alteram partem Societatis se studia acclinarent. Eandem probauit modestiam Bartholomæus Villerius, quem Cæsaris Legatus Olomucienfis Antistes Stanislaus Paulouius secum deduxit. Hi in Castris, cæteri Socij in suis quisque sedibus imploranda Diuinæ clemencie.

tia insistebant. Sæpius enim per hoc tempus habitæ sunt quadragenarum horarum supplicationes. Multum præterea sacrificiorum factum, multum ieiuniorum, aliarumque poenarum sponte susceptum. Nec alibi per Societatem ab conciliando tantæ causæ fauore Numinis consuetis placamentis cessatum: qui sane non publice solum sed priuatim in ipsam quoque Societatem haud obscure apparuit. Fiet id manifestius si pauca de ratione, successuque horum Comitiorum addidero.

Rex Polonis non ab stirpe succedit, sed suffragijs cooptatur. In interregno penes Primatem Regni Archiepiscopum Gnesnensem summa potestas est. Is ad singulas Regni Prouincias missis de Regis sine literis, simul Ordinem sacrum ad vota, precesque pro bono statu rerum hortatur: simul Palatinos admonet, suæ ut quisque Satrapia Nobilitatem conuocent, deque pace domi conferuanda, ac tuendis ab hoste finibus agerent: simul certos eligant Procuratores, quasi quosdam Tribunos plebis (Nuntios ipsi vocant) qui mox Generali omnium Prouinciarum, omniumque Regni Ordinum conuentui (qui conuocatio dicitur) deinde etiam Comitijs cum mandatis, transgendi que potestate intersint. Regni præter hæc Senatores, & Consiliarios degentes in proximo raptim conuocat, deque eorum sententia tempus, ac locum conuocationi constituit. Hic regij Solij latus utrumque duo Archiepiscopi cingunt, quos Episcopi sequuntur quatuordecim, inde triginta Palatini, mox Castellani septuaginta, qui sunt Arcium, & Ciuitatum Gubernatores (Horum omnium Senatoria dignitas est) tum designati ab Equestri Ordine in singulis Prouincijs Nuntij. De pace, belloque ac rebus communibus consultatur. Si quæ sunt ciuilia odia tolluntur, Regni fines armantur. Postremo dies Comitijs creando Regi decernitur, itemque locus, isque non intra Urbium, septa, sed in patentibus campis. In ijs ubi maturum est, tentoria militarem in modum figuntur. singulis Prouincijs castra sua, stationes, currus, tormenta, & alia velut ad dimicationem expedita habentibus; tanquam bellica ea specie cieri animos velint ad Regem bellicosi pectoris deligendum. Inuocata dein Sancti Spiritus ope, & solennibus sacrificijs factis, primum omnium Romani Pontificis Legatus, tum externorum Principum Oratores admittuntur: ac si quos hi ad imperium euocandos commendent, eorum conditiones sedulo expenduntur: tum demum Ordine Sacri Antistites, Palatini, & Castellani, Cancellarij Regni, & Marschalchi, ac postremo Prouinciarum Nuntij suffragium ferunt clara omnes, ac libera voce. In quem autem omnes Ordines conferre, eum Legatus vicissim Pontificius, Regni que Primas in sacro Ornatu erectoque in omnium oculis Christi Crucifixi simulacro, è superiore loco, augustissima Trinitate inuocata, solennibus verbis Polonia Regem, ac Magnum Lituania Ducem renuntiant. Excipit verba Regni Marschalchus, patrioque sermone vniuersis Ordinibus Regis electi nomen promulgat. Acclamatur ab omnibus Amen. Signa eduntur lætitiæ, itur in templum Archiepiscopo præeunte Deo grates aguntur: scribuntur conditiones: Oratores ad euocandum, deducendumque destinatum Regem destinantur. Ad hæc Comitia dum Prouincialis Vilmæ habetur conuentus, frequentes conspirant Hæretici, vt rescinderentur Stephani Regis acta de Polocensi Collegio. Id ad pacem multum intererat Societatis; quam eo loci si vsquam dure, ac pertinaciter Hæretici, ac Schismatici diuexabant. Sed intererat religionis Catholicæ non deseri eum tractum: intererat reipublicæ nequaquam induci morem statim demortuorum Principum abolendi acta. Siue hanc ob causam, siue nobiliore instinctu, dum Socij propitiando insistunt Numini, nec rogatus ab ijs, nec monitus Nicolaus Raduillus Palatinus Nouogrodensis, idemque hæreticus, adeo acriter Hæreticorum se conatibus obiecit, vt omnino euerterit. In Comitijs regijs cum

32
Quid fieri soleat in Polonia cum Regnum vacat.

33
Comitiorum locus, & ordo.

34
Rex electus, quo ritu declaratur.

35
Polociense Collegium Societatis ab Hæreticis oppugnatum ab Hæretico defensum.

36
Sigismundi
Principis
Sueciæ in Po-
loniæ Regē
electi con-
stantia in fi-
de.

37
Coronatur
Rex Sigis-
mundus.

38
Missio in Sa-
mogitiam.

39
Eius fructus
ingens.

40
Societas ab
Hæreticis
Rigæ pelli-
tur.

cum Sigismundus electus est, visus est Deus, & piissimæ eius parentis merita, & ipsiusmet singularem respexisse constantiam. Nam cum sæpe ad prodicionem Catholicæ fidei Sueci cum Dynastæ sollicitarent, plane obstinauerat animum, citius paterno velle Regno, quam materna, id est Catholica religione spoliari. Bernardum Golinium de Societate apud se habebat, audiebatque & colebat magis in dies, maiores in omni virtute, vsque progressus habens, cum admonetur, à Polonis se se cooperatum Regem. Non exiliuit inani lætitia. Dei primum per preces, & beneficentiam, & Sacramenta, Deinde Ioannis Patris sui Regis explorauit sententiam, tum se ad iter accinxit diuinis iterum communibus. Secundissimo cursu quatuor, & viginti horis Balthico sinu transfuso, quinto Idus Decembris Cracouiam cum maximo plausu quasi triumphans intravit, cum Maximilianum ante Ciuitas conantem per vim ingredi repulisset. Biduo post in gratiarum actionem diuinam Eucharistiam suscepit, quam & per Sancta Domini natalitia nocte repetijt. Die Sancti Ioannis Coronæ, & cæteris potestatis insignibus ornatus est: ac tum quoque pro veteri, ac laudabili eius celebritatis more, communicauit. Adeuntem subinde ad se Prouincialem Campanum peramanter admisit, vltro gratias agens, quod in Sueciam Sacerdotes sibi perpetuo misisset, & nunc etiam ibi Patrem Humbertum (nam Bernardus cum Rege in Poloniam redierat) reliquisset. Non intermissa per interregnum suat pro religione curæ: sed quo minora tempora erant, maior prouiso adhibita acriusque contenta vires. Noua se aperuit seges in Samogitia. Quis rerum ibi status esset, Melchior eius tractus Antistes, dum auxiliares Socios ab Generali Claudio precatur his verbis exponit. In maxima Episcopatus nostri parte qui se confessus in vita inuenies nullum, qui communicauerit vquam nullum, qui Pater noster, aut signum Crucis formare norit nullum: denique nullum qui cognitionem mysteriorum fidei habeat: vno contenti, Lutherani non sumus; carnes die Veneris non comedimus. Communiter sacrificare tonitruis, serpentes colere, quercus vt sacras venerari, manibus mortuorum dapes offerre, & similia multa ex ignorantia potius, quam malitia profesta portenta in peccatis non numerant. In hæc tenebras cum Emmanuelem Vegam, & Hieronymum Kniskum ex Vilnensi Collegio duxisset Antistes, tam auide populis ad radios Diuinæ lucis oculos extulit, tanto studio, tanta cum pietate, ac lacrymis suscipere cælestis Doctrinæ pabulum cœpit, aperire peccata, ad diuinam mensam accumbere, vt eorum aspectus tanto dulciores iam (sic enim ipse addit Episcopus) consolationis lacrymas, quanto ante amariorum doloris expresserat. In ea excursionem ad excidendas superstitionum fibras duæ quercus annosæ, è superstitionis, trepidante multitudine, adigente primùm securim altero Patrum, excisæ sunt. Dumque exciderent obscænus Bubo, quem haud temere quidam Bubonis specie Cacodæmonem credidere, in conspectu omnium auolauit. Cognita necessitate populi, ac præparatione animorum, omni ope suscipi Prouinciæ culturam Claudio iussit.

Satis pacato cæteris in Prouincijs, vti significauit, Societas vsa in terregno, in Liuania Rigæ haud æque prospere stetit. Summoto Regi Stephani metu, Hæreticorum Antistes, quod dudum moliebantur efficiunt. Persuadent multitudini, vt pacis nomine (is videbatur minus deformis titulus iniquissimæ vi posse prætendi) ab vrbe exire Iesuitas iuberet. Collegio præerat pro Leonardo Rubeno, quem nominatim exosum habebant Hæretici; adeo vt tutum non esset eo remitti, Theodoricus Vestphalus. Ad hunc postredie Kalendas septembris Senatorum quidam, Tribunus plebis, ac lutherani ministri accedunt, populique exposito decreto, tradi sibi iubent clauas Sancti Iacobi; simulque vetant posthac in vrbe seu vsquam in Rigensi ditone papisticos vsurpare ritus: & addunt aduersus ea nullum pate-

patere defensionī, aut tergiversationi locum: sic enim plane statutum fixumque esse. Id restare vnum, vt cum pace obtemperarent. Theodoricus ita deprehensus, & si studuerat semper ita moderari animo, vt nullum eaderet ab religioſa grauitate alienum ſignum, tum maxime adhibendam omnem modeſtiam cenſuit. Adiacet Rigæ Arx, vallo duntaxat ab vrbe diſiuncta, quæ à Polonorum præſidio tenebatur. Ad huius præfectum, ac tribunum, poſteaquam nihil à Rigensibus obtinebat, confugit. Tribunus (locum tenens vulgo eſt) Hæreticus ſectæ, moribus perhumanus, continuo hominem nobilem ad Senatum allegauit, vt deſinerent quicquam contra homines attentare, quos eo loco Rex ſummo iure, nullius iniuria collocarat. Ad quem cum reſpondiſſet Senatus, in ſua manu nihil eſſe, omnia penes Ciuitatem, ac populum; Theodoricus ritè conſtitutus ſe iura Societatis ſalua omnino velle, neque cedere niſi vi, metuque coactum, in arcem cum Socijs, ſeptem erant numero, ſe recepit. Senatus amice ad transportanda domui ac templo vtilia adiuuit. Domum Sancti Iacobi, ac templum, qui ante habuerant Hæreticorum Miniſtri inuaſere. Veſthphalus, ac Socij, quæ nuper in vrbe obibant, eadem in Arce perſeuerarunt obire diuina munia. Diſcurrebant etiam in Fundos à Stephano Rege Collegio traditos, paganos erudiebant, meliora interim tempora per modeſtiam haudquaquam deſidem, aut timidam, ſed cautam, & prouidam expectantes: Maxime miſeranda erant, quæ ſupererant adhuc in Cœnobio Sanctæ Magdalenzæ fere centenariæ Virgines duæ, quibus, cum diu inter Hæreticos ſumma conſtantia omni deſtituta præſidio religionem ſancſtam retinuiſſent, ſupremoque tempore ſolatia Patrum Deus miſiſſet, iam in vltimo ſpiritu ruruſus omne ſubſidium ademptum erat: vtraque ex dolore decubuit. Nec deſtitere Hæretici bonarum etiam Annum tentare fidem; ſed neque vt ſinceros cultus deſerere, neque vt Cœnobio exire vellent exprimere potuerunt. Eis Patres ab Arce ſubſidia corporum aſſatim, ac propalam, animorum autem per occultam ſuppedabant induſtriam.

Res in Tranſyluania ſuperiore anno peſte aſſicta magnam partem recreata ſunt. Miſit ex Polonia Prouincialis Campanus ipſo ſtatim anni exordio Iacobum Vangrouitium cum quatuor Socijs, quem olim Stephanus Rex, cum quæreretur in Principis Sigismundi inſtitutione Ioanni Leleſio ex morbo iam plane inutili ſucceſſor, nominatim probarat. Itaque & in hanc curam ſuccedere, & domum Albanam adminiſtrare iuſſus eſt, & cæteris per Tranſyluaniam Socijs Proprouincialis cum poteſtate præſeſſe. Peruenit deinde opportunum ſupplementum ex Romana, Neapolitanaque Prouincia, atque ex Hispania, Sociorum. Itaque magna repetendis ſtudijs apparabantur initia. Sed grauis cura ſubeſcit, quod cum cecidiſſet rerum columen Stephanus Bathoreus Rex, ipſoſque Socios peſtifera lues adeo euafſaſſet, rebantur Hæretici oblatum ſibi tempus quicquid reſiduum Ieſuitarum foret penitus excidendi: nec obſcure minitabantur cum primum Generalis haberetur conuentus, qui in Autumnum huius anni dictus erat, omnes ad vnum extra Regni fines amotum iri. Quo impendente turbine conſultus Claudius Generalis, ſi quid vtiq; tale decerneretur, vt Regno egredi iuberentur, quid conſilij capiendum foret, ita reſpondit: Primum omnium conniterentur, vt ſuum Societati ius integrum conſeruarietur. Nam ab Stephano Rege, ab Vaiuoda Chriſtophoro admiſſam, ab iſſdem, facultatibus iuſte donatam, quare non poſſe ſine ſumma iniuria violari: nec ea, quæ Principes illi iuſta poteſtate uſi decreuerint, reſcindi fas eſſe. Non id Sigismundo ferendum, vt tanta Patri, ac Patruo ignominia inferretur: non ipſi populo admittendum exemplum acta Principum, vbi vita exceſſerint, irrita faciendi. Quod ſi his, & talibus connixi rationibus ius obtinere,

Hiſt. Soc. Ieſu Par. v. Tom. i.

S s

inte-

41
Duarum Monialium in religione cōſtantia.

42
Supplementum in Tranſyluaniam miſſum.

43
Mandata Claudij Generalis ad Tranſyluanos Socios de exilio periclitantes.

integrum nequirent, darent operam, ut aliqua tolerabili conditione accepta, modo Gymnasium, & prædicatio Catholica salva esset, permanerent: si ne id quidem daretur, atque non solum vrbibus, sed etiam pagis suis excluderentur, tum demum Deo freti animum induerent coeptum opus, & pusillum illum gregem iam Christo quaerentem non plane deserere: remissis in Poloniam, quos videretur, Vanguius, ac ceteri diuisi, secretique, ut fiebat in Anglia, Scotiaque, subsisterent, parati, si ita ferret occasio, vel nobile martyrium facerent. Huius sententiæ ipsum quoque Dei Vicarium esse; quanquam meliora sperare se diceret. Mirum quantum hæc literæ voluptatis, & amorem addiderit Socijs Transylvanis, quantam vulgata res in alijs Preteritum pannonicas adeundi Nives, & notas, carasque terras detrahendum fortes alliciunt. Ita præparatis, simul conuentus, simul studia repetendi tempus aduoluit. Conuentum gens nequaquam habuit Generalem, quod ex Sicilia, vbi pestilentia grassabatur, conuentum non potuit. Tamen ante omnia clamitare Christi hostes, & omnem mouere lapidem, omnes machinas admouere, ut Idololatria (sic enim Catholicam fidem appellant) è Regno tollatur, nec aliud quicquam agendum in conuentu priusquam de religione statuatur. Regni totius nomine supplicat Sigismundo, ut Idololatriæ autores Iesuitas exturberet. Restituit constanti animo Sigismundus, eiusque nomine Senatus quiescere eos iussit. Rursus illi tumultuari, ac fremere, & conditionem eam ferre, ut quando ipse Institutorem de Societate vellet, vnum quempiam ea pro arbitrato haberet: cæteris autem, nec scholas, nec templum, permitteret. Verum ne id quidem potuerunt exprimere. Atque ipse Senatus contra ita pugnavit, ut Societati omnino tacere liceret. Nam, quanquam, & Gubernator, & Senatus cunctus erat Calvinianus, & plerique eorum optabant Societatem abesse, ac Principem suarum partium fieri; tamen multa, præcipueque Stephani Regis, & Christophori Principis voluntas etiam testamento expressa, & utilitas literariæ institutionis, additaque inde Pannoniæ dignitas, faciebant, ut eam vel iniuri defenderent. Ad hæc verebantur, ne Rationibus Sigismundi officerent, rebus Polonicis haud dum stabilitis, quod suos ipse quoque pettores imperij miserat: illud simul timentes, ne cum Societatis homines Princeps, magnificeret, vniceque amaret, ijs remotis non inueniretur Institutorem idoneus, qui illum in officio contineret. Interim haud cessabatur à Socijs. Nouembris ortu, post quadraginta horarum supplicationem, multasque alias ad opem Dei conciliandam preces, & corporis vexationes, studiorum instauratio facta est Claudiopoli, festi eruditoque cum apparatu, quem Sigismundus Princeps sua cumulatæ præsentia. Nam Orationibus, & Carminibus, quæ in Collegio, in Seminario, in Sodalitio Beatæ Virginis habita sunt, ac Dramati, quod de primo Vngarorum Rege Sancto Stephano datum est, itemque concertationibus Philosophicis, Rhetoricisque multa benignitate interluit. Perorata erant, & Theologicæ concertationes, ut inter Arianos, de Christi Diuinitate: sed Gubernatore metuente, ne pro materia tumultus acciperentur, satius visum est ijs supersedere. Valuit literarum id specimen ad commouendos ipsos quoque aduersarios, ut filios haud pauci suos in disciplinam Patribus darent. Porro Sigismundus cum ætatis accessu ad omnem proficiebat virtutem, qui suum studium erga Societatem, & Catholicam fidem, egregijs literis, per quas de supplemento Sociorum missio Patri Generali gratias agit, ostendit. Quam præclaram voluntatem suis quoque datis ad eum literis Sixtus Pontifex confirmavit, ante omnia.

44

Societas in Transylvania à Principe, & Senatu defenditur contra tumultuantem plebem.

45

Hæretici filios Magistris è Societate institutos tradunt.

46

Sigismundi Principis spes, & initia præclara.

Soc.48.

monitum, ne quo vnquam tempore Societatem amandari impiorum cona-
ribus fineret. Coepit, & Varadini sunt scholæ, euocato inde Albam
Stephano Aratore, qui per quadriennium sane præclara fecerat: sed suo
interdum feruidiore impetu, partim lacesfitus, partim lacesfens; Hæreti-
cos ita offenderet, vt diutius in ea statione permanere saluus haud posset.
Missus est Marcus Siscienfis, & Matthias Tomanius, alijque subinde. Ita-
que iam fere vbique ad pristinum statum Societatis res in Transyluania, &
alicubi cum incremento, redierant.

Rebus per Austriam satis tranquillis, tantum aliquid sermonum de
Possuino tanquam Sueco fauente, alicubi materiam inuidia præbuit, auide-
rapientibus Hæreticis, vnde totius Ordinis autoritatem deterrerent. Sed
ipsumet Principes, ac præsertim Maximilianus, calumniantibus respondit,
primùm non se credere talia ab Possuino tractari: deinde nec metuere
quicquid tam celebri in conuentu priuatus homo conaretur. Fuit non mo-
dicum Brunæ negotiorum fundorum causa ei domui attributorum, quos in-
uadere haud pauci tentabant. Homo ex ijs ferox ac potens, vt fit in li-
tibus; in iram excedens, haud verbis, minisque parcebat, si vnus quispiam
siue de Societate, siue de colonis eius suos fines attingeret, palam fre-
mens in carcerem se coniecturum, habiturumque quoad in eo contabescer-
ret. Quod ipsum Riccardo Zanteno Rectori, cum per literas denunciasset,
ei Rector, vt decebat Christi discipulum in hæc verba respondit: Tu
quidem mihi fratribusque meis, & colonis nostris interdictum vis esse fun-
dis tuis sub carceris interminatione, Ego vero vbi resciuero te intra
fines nostros, licet angustos, pedes intulisse, occurram vltro, & qua-
potero maximâ humanitate complectar. Tum euenit, quod Sapiens dicit,
responsio mollis frangit iram. Fregit hæc humanitas vsque eo im-
potentis hominis iracundiam, vt reuocato edicto, negatos aliquot
annis Collegio census persoluerit, & liberam ei suarum rerum pos-
sessionem reliquerit. Ad instituendos eius Domus Tyrones mis-
sus est ex Italia Octavianus Nauarola, qui Collegium Senis rege-
bat. Magno animo rem aggressus, magna ad annos fere sexdecim con-
stantia prosequutus est, cum ingenti totius Prouinciæ fructu, nec modico
Catholicæ religionis accessu. Difficiliora habuit initia dum Tyronum di-
sciplinam ad Romanam redigere formam conatur, præsertim quod non
tota illi domus erat potestas, sed cum rectore diuisa, magnum fere rebus
transigendis impedimentum. Verum vtraque aliquot post annos ad eun-
dem translata cura, cum simul ipse paulatim, quod necesse est, se se
magis ad regionum mores accommodaret, simul ad proprias Societatis pe-
riclitationes, & alia Tyronum rudimenta eas gentes assuefaceret, non cum
approbatione modo, sed insigni etiam cum laude cursum expeditissimum
tenuit. Obijt Viennæ pridie idus Aprilis Petrus Bulseus, cuius obitu scri-
psit Prouincialis Baderus totam Prouinciã graue, & dignum lacrymis
vulnus accepisse. Vir erat pietate, doctrina, prudentia, exemplo mirus;
vnicum perfugium domesticis, & externis, quidquid durum quidquid per-
plexum incidere. Neomagensis erat ortu: duos præterea habebat in Societate
fratres, quam anno 1561. primus ipse susceperat Colonia. Inde missus
Viennam, in publica Academia sacras explicauit literas, in Collegio he-
braica docuit, præter alia munia, quibus in omnibus columen habebatur.
Summa per id tempus Germaniæ superioris Prouinciæ ab domesticis, & ex-
ternis tranquillitas erat, eaque maxima ex parte debebatur Ferdinando Al-
bero Prouinciali. Huius innocens prudentia, & clementia grauis, & in-
oris maiestate iustaque totius proceritate corporis dulcis morum ama-
bilitas, tum Socijs obedientiæ iugum suauis, tum secularibus grata
Sociorum reddebat officia: & si qui erant alieniores, eorum offen-
siones Alberi modestia, charitas, obsequia abstergebant. Florebat eo-
dem

47
Ricardi Zan-
teni Recto-
ris Brunen-
sis sapiens
responsum
quo iram fe-
rocis aduer-
sarij leniuit.

48
Octavianus
Nauarola
constans in-
dustria.

49
P. Petri Bu-
sæi mors, &
vitæ laudabi-
lis summa.

50
Ferdinandi
Alberi gu-
bernatio sa-
piens, & fe-
lix.

51
Scholæ Ca-
thecheſeos
Oeniponti
florent.

52
Hospitium
pauperum
ibidem inſti-
tutum.

53
Pauperum
animi ſuauis
& corpora
curata.

54
Treuiriſ
ocſto è no-
ſtris vno mē-
ſe extincti.

55
Collegium
Colonienſe
auctum libe-
ralitate An-
tiſtitiſ Erne-
ſti.

Tres Socij
ab Hæreticis
capſi liberati
benigne ſolu-
to à Co-
lonienſibus
Ciuibus.

56
Molshemiens
ſe Collegiū
ad tempus
relictum.

57
Imago B.V.
miraculis in-
ſignis mirabi-
liter ſeruata.

dem tempore paſſim Catecheſis maxime Oeniponti, vbi quod in omni re ſum-
mum facit momentum, Ferdinandi Principis voluntatem Alexander Hollerus
Collegij Reſtor ad ſacrum opus adiunxerat. Collegerat Hollerus certa mo-
nita ei muniti peridonea. Hæc vulgavit Princeps, eiſdemque ſuaſu edixit,
vt ex iſs præceptis catecheſis in omnibus ſcholis haberetur. Idem An-
tiſtites ſuis quique Parochis imperarunt, vt feriatis diebus in templo facerent.
In vrbe autem Oeniponto Pueri vniuerſi diebus feſtis in templum Collegij
deducebantur, certa etiam Ludimagiſtris mercede inuitatis. Eiſdem
Reſtoris opera domus pauperum inſtituta eſt, coëmptis ab Archiduce ad-
bus, alimentis liberali collatione Ciuium comparatis. Multis quoque in
Rhenana Prouincia Collegijs ſacra eadem inſtitutio euentum ſecundiſimum
habebat, Treuiriſ præſertim, vbi ſeptem diuerſis locis magno auditorum
fructu explicabatur. Parochique ad opus proſequendum informabantur.
Perſuaſit Ioannes Gibbonius Collegij Reſtor Ioanni Antiſtiti, vt Germa-
nice Catechiſmum paruulum euulgaret, addita ſimul epiſtola, vt Para-
chos per vniuerſam Diœceſim ad eum explicandum cohortaretur, qua Para-
chus ſimul ratione explicandi. Etiamnum Veneficarum circa Treuiriſ nume-
rus ingens reſtabat, quæ cum tenellam ætatem maxime læderent, opti-
mum exiſtimauit Gibbonius amuletum fore, ſi rudes animi rerum diui-
narum cognitione præmunirentur. Præterea cum per annonæ penuriam
multos mortales fames abſumeret, ad Carthuſianos, & aliud Monafte-
rium, quo inopum turba ingens ad ſtipem conueniebat, itabant Socij,
vt Diuini verbi frangerent panem, cum interim circiter quadringenti
vtrumque pabulum diuideretur ad Collegij fores. Per Auguſtum ſparium
per Vrbeſt pestilens malum, quod nouum cuiuſdam generis venenum aiebant eſ-
ſe, ocſto Sociorum magnam partem Tyrones extinxit. Colonia luculenta
acceſſio facta ad firmamentum ſtabile veſtigialium, egregia Pauli Stor nobiliſ-
ſimi, & optimi viri benignitate: qui ab Erneſto Antiſtite ea impe-
trauit ſubſidia. Id fuit ius Decimarum Noueſij, quod prius pertinebat
ad Comitem Neunarium Antiſtiti rebellem, & Monafterium Sancti Ildo-
ri Bonnæ vicinum. Late Rhenana Prouincia ſtrepitu belli perturbabatur.
Circa Coloniam etiamnum Factio Truſchſeſia contra Erneſtum verſabatur
in armis. Horum in poteſtatem militum tres de Societate cum veniſſent,
qui Colonia Noueſium nauigabant, ſatis benigne tractati ſunt, ne verbo
quidem, ne dum re violati. Et ipſi quorum princeps Petrus Scalenus
Sacerdos erat, parati pro religione vel necem ſubire: nec diſſimulantes
qui eſſent, nec omiſerunt cæcis mentibus lumen veritatis offerre, non
omnino (vt ſpes ſe ſe dabat) inani euentu. Redempti ſunt haud leui
ſumma, quam Ciuium Colonienſium benignitas contulit. Non ita ani-
mati erant Hæretici, qui in Galliam contra Fœderatos acciti, cum per
Argentinentem agrum ſpandiffent iter ſine noxa cuiuſpiam habituroſ,
nullum aduerſus mortales, aut immortales prætermiſere facinus. Dum
ea tranſiret procella, cenſuit Epicoſopus Ioannes Comes à Manderochm
Molshemiensibus Socijs tantisper Collegio abeundum, ne ipſum in oppo-
ditum per Ieſuitarum nomen imperum nefarij facerent. Suſcepit Senatus
rerum Collegij patrocinium, ac tutelam. Socij partim in Collegia vi-
ciniora, partim alia tuta in loca ſe recipere, vbique hoſpitibus grati
ac ſalutares, vbique magnis cuſtodie diuinæ ornati pignoribus. Sed dum
in ſacra ſceleſti furunt, eorum tutandorum cura diuina multis locis il-
luſtratur. Colebatur olim in Haſſia Deiparæ imago miraculis clara.
Quam cum impij in ea nefaria ſtrage, quam Albertus Brandeburgicus
templis, ac ſacris monumentis intulit, in præterfluentem Lagonum præte-
ciſſent, Deus hoc pacto ad poſteriorum præſidium conſeruauit. In iſs
qui ſingularia ex eius cultu beneficia reportarant, Matriona primari-
erat, quæ pedibus capta, mirabiliter inde recuperauerat greſſum. Hac
canſi

tanti beneficij memor venerandum, ac salutare signum clam extraxit è flumine, domique honorifice asseruatum, Marito demum, qui Senatorij Ordinis erat, ceterum hæreticus, impense supremis mandatis moriens commendauit: ex eo tandem, cum & ipse diu habuisset in pretio, Treuerensis Antistes acceptum Confluentino ab se fundato Collegio dedit, vbi dignis afficeretur honoribus.

Fr Confluentino Collegio data.

Antuerpiæ simulacrum ingens eiusdem Cæli Regina, quod superiore Annali parari narrauimus studio & impensa maiorum Sodalium, perfectum, & ad prætoriam domum statutum est. Cum eò solempni pompa deportandum ex Collegio foret ipso die Annunciationis, Cælo forte nubilo, exultare gaudio, & insultare cœperunt Hæretici, tanquam Iesuitarum Idololatricam, vt blasphemabant, Cœlum tristi illo vultu derestaretur, atque damnaret. Hæc maxime dum iactant effertur augustum è templo signum, Ac ne simpliciorum cuiquam vana illa impudentia, scrupuli quidpiam crearet, exhilaratur repente Cœlum, supplicationique celeberrimæ in Regina suæ decus serena luce, facie lætissima lauit. Antuerpiensi quoque Collegio præclarum præsidium, ac decus accessit Sancti Guilielmi Abbatis Caluaria. Hæc in Monasterio Religiosorum eius Ordinis non procul ab vrbe Dura, cui nomen Paradisus erat, asseruabatur. Eò annis ante ferme quatuor, & quadraginta impiorum vi euerso, Monachi cum variis in partes dilaberentur, sacrarum reliquiarum inter se se partitionem fecere. Is cui sacrum obtigit caput, Pastori Aldenardensi donauit. Multis post annis capto ab Hæreticis Aldenardo, Sacer thesaurus in manus hominis Hæretici venit non plane perditus, qui detracto, quo ornabatur argento, & gemmis, viro Catholico gratum facturus nudum caput cum literis rei testibus dedit. Is denique Collegio Antuerpiensi donauit. Opportunè succurrit in mentione Sanctorum, Francisci Bonhomij Vercellenfis Antistitis Nuntij per Inferiorem Germaniam Apostolici, memoranda ex humanis profectio. Is enim eâ erat pietate, asperitate vitæ, studio publicæ religionis, animo ad æumnas, & pericula pro Dei Ecclesia capeffenda, vt merito Antistitem maximorum inferi choro possit: pari iure inter optime de Societate nostra meritos referatur. Totus erat in Borromæi Cardinalis imitanda Sanctitate, cuius etiam opem sub extremum spiritum suppliciter postulauit. Supremus eius morbus in magnum ieiunium cum incidisset, nunquam adduci potuit, vt prudens carnibus, aut ouis vesceretur. Leodij decessit quinto Kalendas Martias, mysterijs vltimis à Ioanne Campensi Rectore Collegij præmunitus, cui aliquot ante dies accito hæc in verba locutus erat: Nihil est, quod iam me diutius in hac vita retinere queat; dissolui paratus sum, sentioque me hinc euocari, non tam vi morbi, quam Dei voluntate: itaque lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. Quæ verba sæpius ægrotans cum iterasset, in iisdem lætissimus expirauit. Nec oblitus est Collegijs earum regionum hora etiam suprema benigne facere: Bonam summam pecuniæ ad templum Leodij amplificandum dedit: ex Sacerdotali suo ornatu duas eidem pretiosissimas Casulas: Collegijs vero Colonienfi, Louanienfi, Antuerpiano, Tornacensi, quinquagenos florenos legauit, donum. Collegium autem Vercellense sacris quibusdam Sanctorum Lipsanis exornauit. Fixa hoc anno sedes Bruxellis est: & Castrensis expeditio instituta. Quinque ad hanc, præfecto Thoma Saillio, Sacerdotes missi, qui varia inter se dispersiti munera, copiarum alij alias partes pro Nationum, & linguarum varietate curantes, egregiè Ducibus, & militibus profuere. Duaci, ac Louanij exorta à publicis Academijs controuersia. Ægre tulerant Duaceni tempora scholarum in Collegio nostro, quæ ante interrumpi solebant, continuata eorum iniussu. Verum cum

58
Supplicatio Antuerpiensis subita ex nubilo serenitate comprobata.

59
Caput S. Guilielmi mirè seruatum Antuerpiensi Collegio datur.

60
Francisci Bonhomij Nuntij Apostolici virtutes, & mors sancta.

61
Bruxellensis Collegij initium, & Castrensis expeditionis.

62
Controuersia cum Academicis Duaci, & Louanij.

cum patuisset, nequaquam iuriorum Collegium Societatis subiectum, utroque datum esset, ut scholæ philosophicæ antiquum in morem redigerentur, non ægre sedata lis est. Acriorem Louanienfium quidam Theologorum, reprehensis Leonardi Lessij aliquot de Prædestinationis doctrina pronuntiatibus, controuersiam commouerunt, quam opportuniore loco integram referemus.

Interim res Galliæ multifariam iactabantur. Vnica Socijs pene spes in designato Visitatore Laurentio Magio: cuius audito nomine vehementer iactatus dicebatur Henricus Rex. Peruenit is tandem Lutetiam tertio nonas Iunij secum Ioannem Lorinum ad tradendam Theologiam ducens.

Reperit mirifice parata, ac prompta omnia. In domesticis, ut aberat malitia, ita summa facilitas inerat ad sequendum quocumque duceret, & formam quamcumque vellet induendam. Augerius qui sui amonem ex Aulâ multis nostrorum in Galliâ, & ipsi Generali Romæ ex literis ad se missis iudicanti, optari senserat, egisse dicitur priuacim cum ipso Rege, ut se dimitteret: illique ita persuasisse; ut etiam amolendæ offensionis causâ quam ex eodem Augerio antea contra voluntatem Generalis retento subierat, Rex ipse vtrò præferret, non grauât se illo carcerum. Singulâri cum humanitate admissus ad Regis colloquium Magius, post eum salutatum reuerenter à Generali, delataque Societatis vniuersæ officia, cum liberali modestia exposuit quanto opere Claudius Maiestati eius inferuitum vellet. Eam ob rem cum Prouincias Gallicanas adire per se ei non licuisset, difficultates, quæ multæ, & graues offerebantur, superasse omnes, ut suo loco, quod placitum Regi intellexerat, ipsum Magium mitteret, additis nominatim mandatis, ut præter institutionem, consolationemque Sociorum, eo incumberet, ut Regiæ voluntati, quantum omnino fieri posset, obsequeretur: Id enim ipsum Societati ad id loci fuisse propositum, ac fore semper. Primum nihil se rerum domesticarum, priusquam in exoptatum Maiestatis eius conspectum venisset, aggredi voluisse: non igitur grauaretur id officij clementi benignitate complecti, quidque fieri vellet edicere. Rex ubi hæc attente, ac peramanter audiuisset, respondit: pergratum sibi accidisset Patris aduentum, tum Nationis Venetæ nomine, quam vel ipsi Galliarum prætulisset in Visitatore probando, tum hominis quoque ipsius causâ, cuius multas, excellentesque virtutes ex multis cognorat. Itaque tanta viri prudentia, ac religione sperare Societatis incommodis satis occupatum iri. Sibi, ut qui non magis nomine, quam re Christianissimum Princeps esset, Societatis grata esse instituta, & constare vbique esse salutaria, eoque se promoturum, vti adhuc promouisset: ceterum nonnullos ex ea imprudenter, ac temere Regno suo perturbando occasionem dedisse: cuius rei, ut à multis incitabatur, nisi diuini obsequij rationem habuisset, exempla, quæ par erat, aduersus reos editurum fuisse. Ceterum ne quid tale posthac eveniret, pertinere ad Visitatoris conscientiam providere: sibi eam ob rem placere, Præfecturas Sociorum non nisi spectatæ fidei hominibus, Regiæque ditionis committi. Namquamuis in alijs Religiosorum familijs, si secus fieret, tolerari posset: in Societate cuius in manu cuncta fere iuuentus esset, aliter fieri non posse. Inde regressus ad Venetæ gentis, & Visitatoris laudes, ad extremum studium illi suum omne benevolentissimè detulit. Ad ea Magius, non equidem adsum, inquit, clementissime Rex, ut si quid peccatum à quopiam nostrorum est, id apud Maiestatem tuam defendam aut purgem, sed ut deprecet potius, atque ab tua ista singulari pietate impetrem, ne propter paucorum errata Familia cunctæ succenseas, quæ & ab istiusmodi rebus longissime abest, immo suis institutis damnat, & interdicit, ac tuam Maiestatem impense obseruat, ac colit. In huius rei

63
Magius Visitator in Gallia.

64
P. Augerius Regi per litteras det. ut se abire sinat.

65
Magij Visitatoris oratio ad Regem.

66
Regis benignam respōsum.

Et querelæ de quibusdam nostrorum.

Quibus satisfaciit Magius.

rei fidem egomet adsum qui Præpositi Generalis, & Societatis vniuersæ nomine non præterita solum incommoda refarcire, sed in futurum quoque rationes nostras, id quod pro virili efficiam, ad Maiestatis tuæ nutum accommodare quantum fas sit, coner. Illud quidem ante omnia contendam, ne quo pacto se se nostrorum quispiam publicis rebus immisceat, sermonem de ijs ferat, sed vt omnes Deo, sibi que vacantes, operam suam iuuantis proximis ex regula suæ vocationis impendant. Tum pia quædam munuscula protulit, quæ Rex eius de manibus benigna quadam aueritate, cum gratiarum actione accepit. Inde collato magis magisque familiariter sermone, mentionem cum intulisset Magius conuentuum Prouincialium, eorumque rationes explicaret, respondit Rex, vt non eos solum, sed plane omnia ex moribus legibusque Societatis administraret, dummodo in Præsidum delectu ea cura haberetur, vt non nisi Regi subiecti, eique fideles præficerentur. His quinto Idus Iunij gestis, postridie mane Rex vltro ad Capuccinos, quo religionis causa secesserat, Magium aduocauit, diuque solus cum solo Italico sermone locutus: inter cætera narravit, scriptum sibi ab Oratore suo Roma esse, Patri Generali pergratum fore, si Edmundus Dolam ad illius prope labentis Collegij rationes subleuandas excurreret. Se vero sicut apud se Edmundum habere voluit, quandiu operam eius, & industriam instituendis Sodalitatibus suis necessariam existimauit, ita nunc quando illæ Sodalitates aduæ iam essent, & ab eius tutela emancipari possent, ad suam erga Ordinem nostrum beneuolentiam testificandam, contentum esse, vt Edmundus proficisceretur. Postea ex hesterno sermone caput illud inculcauit, necesse esse, quod sibi satisfaceret, vt Societatis domiciliorum administratio ijs demandaretur, qui populares, ac minime suspecti essent. Ita vero amanter egit, vt inter colloquendum semel, atque iterum Magium complecteretur. Tanta (quod perarduum fore timebatur) de remouendo ab Aula Edmundo propensione transactum est. Atque ille sibi posthac, vt prædicabat, vacaturus, totiusque in Societatis, & Obedientiæ potestate futurus, bona ab Rege missione accepta, Lugdunum statim iter intendit, maturandi causam Congregatione Prouinciali, quæ imminebat, offerente, ad quam tanquam Lugdunensis Prouincia membrum à Ludonico Richeomo Vice Prouinciali per literas vocabatur, His secundis rerum initijs, haud minus prona cætera successere. Cum se Magius ad cognoscenda domestica, ordinandaque conuerteret, admirabantur hominem vniuersi, qui cum eam sustineret personam, id muneris gereret, nihil habebat in ratione vitæ suæ præcipui, nisi plus curæ, vigilantia, caritatis. Aquabat se animi submissione infimis, paterna clementia omnes complectebatur, singulorum excipiebat, ac mitigabat, quasi filiorum dolores, & curas: cum interim studium perfectæ disciplina, & maturitas prudentia summa emineret. Vbi res composuit Parisijs; Domique Professorum Iacobum Comuletum præposuit, ad Collegia quædam excurrit. Præcipiti iam anno reuersus Parisios, vt plane iam ceperat animum Regis, id etiam quod vnum summæ Votorum deerat, impetrauit, vt Rex Odoni Pigenatio, quem aditu Regni Visitatorem excluserat, Lutetiam redeundi, atque Prouincialis munus, quod ante gerebat, libere omnino, ex Societatis more prosequendi potestatem æquus bonusque faceret. Interim per Prouinciam, magisque per Aquitaniam, & Lugdunensem, multæ ac variæ gliscebant calamitates. Passim bella, & fames, passim pestifera lues grassabatur: itaque pauca consistere Collegia, quæ non vel Hostis, vel pestis dissiparit. In Aquitania vias ita Hæreticorum copia intercluserant, vt ad Prouincialem conuentum, qui Burdigalæ à Petro Loyerio Prouinciali habitus est, nemini vni ex alijs Collegijs accessus patuerit. Monuerat autem Generalis, vt si aliter fieri

nequi-

67

Rex petit
Præfecturas
Societatis in
Gallia non
nisi Gallis
committi.

68

Edmundus
Augerius
Lugdunum
ex aula pro
ficiscitur.

69

Optima Gu
bernandi ra
tio in Magio

70

Odoni Pige
natio redi
tus Parisios
impetratus.

71

Peste, ac bel
lo laborat
Gallia.

72
Burdigalensis, & Billo-
menfis Re-
ctores mor-
tui.

73
Difficultas
tractandi res
Hispanicas
huius anni.

a Num. xii.
14.

74
Eæ taceri nõ
possunt.

75
Quatenus ex
dem hic nar-
rata.

nequiret, ea ratione fieret. Cæterum ut maxime hæc Prouincia premebatur ab hostibus, ita domestica pace recreabatur, & studio florebat virtutum. Inter hæc Burdigalense Collegium Rectore orbatur Ioannes Sangenotio, viro ad magna nato, prudentiæ, industriæ, quodque præcipuum est, religiôsæ virtutis oppidò excellentis. Lotharingus erat ex urbe Viziliensi, Diocesis Tullenis, Treuiris in Societatem quindecim fere ante annis adscitus: in ipso ætatis, ac rerum agendarum robore quadragenarius raptus est. Billomais quoque Socijs Rectorem mors rapuit Iustinum Lescotum, virum & ipsum priuata, publicaque virtute nobilem. Patriam habuit Viënnam Galliæ: paucis mensibus Societate Sangenotium antebat, duobus annis inferior erat ætate.

Ad res, Hispanicas huius Anni sollicitus transeo; quippe quas nec tacere saluo officio, nec referre sine quodam periculo possum. Extitisse domi nostræ discordia studia quorundam votis spebusque in contraria tendentium, inuitissimus adducor ut fatear: Sacros vero Quæsitores, Propugnatores Fidei, columina Religionis, Firmamenta orthoioxæ veritatis, quos venerari demississime, quibus humillime semper obsequi, vsu & traditione domestica, nostrarumque legum iussis grauissimis solemus, offensos nobis manifestis indicijs monstrasse, nihilo minus infortunium, ac dedecus minimæ nostræ fuisse Societatis interpretor, quam si, ut est in factis literis a, Pater in faciem filiæ spuisset, vnde illam ultra quam diebus læprem rubore suffundi oporteret. Quid igitur? Hæc conicio silentio cuncta prudens obruam? vtinam quidem liceret: & forte vim facerem officio, si spes esset eâ dissimulatione posse me consequi, ut tam illætabili euentuum notitia famaue omnis ex vniuersâ funditus hominum memoriâ deleteretur. Sed stultum sit confidere, Acta maxime publica, vsurpata oculis, celebrata sermonibus totius generis humani, literarum, & gentium penè cunctarum insculpta monumentis, mea vnius affectatâ & præuaricatrice retentiâ cognitioni posteritatis posse subtrahi, certumque est nihil me consecuturum aliud, inofficiosa, & vituperabili præmissione, nisi ut Hæreticorum & Capitalium Hostium nostri nominis æque ordinis probrosissima nobis de his rebus scripta vulgata, mendacissimas veris Actis calumnias, & contumelias admiscencia, confirmasse confessione tacitâ, & pro certis, ac omni fide testatis agnouisse iudicaret. Cum ergo manifestissimè cernatur, ineluctabili necessitate adigi me ad aliquid de hisce notissimis, & decantatissimis euentibus ponendum in hoc loco proprio Annalium, nostram plenam & integram Historiam expectationi publicæ debentium, restat ut quod munus inuidiosum atque ingratarum odiôsæ narrationis omnino defugere non licet, eo tali moderatione, ac recundiâ defungar, ut Acta ipsa tantum iam publica, ut dixi, famaque celebria, ex certâ memoriâ recitem, de iure, mente, officioque Agentium nihil præiudicem, aut sequiorem in partem interpretor. Equidem video Sacris Quæsitorebus magnam oblatam, eorum delationibus quos autores idoneos putabant, ita vti fecerunt censendi decernendique occasionem: Sed si quæ impulsu tali ab eis cæpta, vel Summus Pontifex non probauit, vel ipsi postmodum rebus clariùs perspectis, renouerunt; satis confido nihil in his reperitur prudentem moderatumque Lectorem, quo minus in quomodocumque inchoatis bonum agentium animum intelligat; in ipsdem deinde retextis, agnoscat, & collaudet, æquitatem. Hispanicæ porro Societatis tot viris ante, & per hæc tempora præstantissimis semper inclytæ, tot heroicis in omni genere religiôsæ laudis facinoribus, & exemplis in cunctis vbiq; nationibus illustribus, periculum opinor non est, ne decus obscurari videatur necessariâ commemoratione Turbarum quas illi pati hoc tempore contigit, à contumaciâ paucorum degenerum Filiorum. In quâ potius coercendâ domandaque

Soc. 48.

daque qui eas tunc Prouincias domosque aut publicâ potestate moderabantur, aut priuatâ virtute illuminabant, viri vndecumque spectatissimi, laudem & sibi, & suâ Patriâ meruisse immortalē iure censentur. Sane in his ipsis Annalibus, vel dudum editis, vel qui modo vulgantur, quædam Historicâ libertate reprehensa leguntur in Patribus Italis etiam, magni nominis; puta Achille Gagliardo, Ioanne Petro Maffeo, & alijs; item in non nemine Germano, videlicet Dominico Mengino: denique omnium grauissimè in Iuliano Vincentio Gallo multa vituperata iustoque dedecore confixa extant: neque tamen harum vlla nationum magis ad ignominiam pertinere suam putet, quod perperam actum à quopiam suorum palam est, quam ad gloriam, quòd quorundam è suis improbos ausus, ac conatus, plurium suorum contra coorientium zelus, ac Religio improbauit, repulit, compressit. Nimirum neque agris fertilibus fraudi est herba inter multas optimas vna innascens noxia: nec felicium sylvarum vnus alterque notæ sequioris subgerminans frutex minuit famam. Plane ita conditio humana fert, vt nullæ mortalium Societates, quantumuis benè moratæ; atque adeo, vel incorruptissimâ vigentes disciplinâ, pugnas interdum non sentiant, gemantque in sinu commissas suorum malarum cupiditatum cum bonis legibus. Neque tunc vilius boni æstimatoris rerum iniquitas tanta est, quæ vitiorum in Republica non impune se ostentantium, vel vituperantibus ea Ciuibus, vel vindicantibus Magistratibus, labem aspergat. Sed syncerè narrandi non sollicitè præfandi hoc tempus est, ad rem igitur ipsam accedamus.

Hoc anno in Hispania per occasionem captorum à Quæstoribus Patrum, magna sibi, qui nouis rebus studebant licentia sumpta, specie quærendi remedij, siue in priuatis domi sermonibus, siue in literis ad absentes, totam publicâ administrationis rationem criminabantur: inde enim ortam Quæstorum iustam iram. Neq̄ abstinere ab ipsomet vellendo Generali extra omnes fines modestiæ, tum missis ad eum literis, quæ habebant nomina auctorum, tum etiam prolixis sine nomine libellis. Inde vltra progressi ipsum institutum à S. Ignatio conditum, & Constitutiones accusabant. Ita enim formam Societatis, ac descriptionem omnem conceptam aiebant, vt materiam præberet magnis incommodis, ac proinde remedium solidum, & perenne quærentibus ad mali fontem, veniendum, & Institutum ipsum mutandum. Huius generis libelli multi Quæstoribus sacris, multi Regi oblatis sunt, singillatim explicatis capitibus, quæ per speciem amolendi occasiones barbarum mutari Nouatores volebant: cum illud non viderent, longe plus in remedio, quam in malo inesse pestis. Perinde ac si nauseabundus in salo, quòd stomachi sui vitio medeatur, vel dissui Nauim, vel allidi velit ad scopulum. Serpebat tanquam contactu in dies malum. Vt quisque agro erat animo, vel quòd ad Professionem non admitteretur, vel quòd ad publica, quæ vellet munera minus adhiberetur, vel quòd ad arbitrium viuere non sineretur, statim adiungebat se gregi noua quærentium. Non nemo etiam per stultissimum zelum, cum satis iam libera aduersus instituta, voces passim audirentur, assumebat sibi audaciam, meliores, si Deo placet, quam condidisset Ignatius, & quibus adhuc stetisset, tantumque profecisset Societas, leges eudendi. Ita enim fit, cum opinandi data licentia est, sua quisque somnia, & ludibria, in nouas architectatur respicias. Augebatur eo quoque incommodum grauissime, quod Rectores, alijque Præfides tum ne seueritate acrius exulcerarent animos, tum metu Sacrorum Quæstorum, ad quos inquieti delaturos se illos ni clementer secum agerent, interdum palam comminari non erubescabant, multa nullo modo concedenda indulgebant. His cognitis Romæ Claudius cum ad menses complures pro ea verecundia, quæ

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

T T

Sacris

76

Turba domesticæ in Hispania.

77

Claudius Generalis Pontificis opem implorat.

Sacris quæstoribus debetur, quiescisset, viisque tentatis omnibus apud eos, & Cardinalem Toletanum, & Regem, nihil præter bonam ipsorum in malo præsentis relatum esset: ad commune Christianorum periculum Christi Vicarium adeundum sibi putavit. Statu rerum exposito, id modo suppliciter postulavit, ut præsentibus malis, quod maxime censeret ad adhiberet. Atque ad prohibendas in posterum eiusmodi contentiones clarare ne grauaretur, ius ne esset religiosorum Ordinum Præsidibus causas Inferiorum suorum (quæ utique ad hæresim non spectarent) ac nominatim causam sollicitationis Pœnitentium, cognoscere. Ad id enim tempore Romæ in oculis Pontificis, & Cardinalium Inquisitionis. Ad id Pontifex respondit, videri sibi omnino præsentibus incommodis succurrendum: bonum haberet animum: humana hæc esse; existere, euanescente Consolaretur Hispanos Patres, confirmaretque Rectores ad sui constantem officij partes obeundas, se quid factu opus foret ad suum Internuncium perscripturum. De iure autem cognoscendi subditorum noxas ad Cardinales Quæstos referret. Hi non solum existimabant decidi eam causam oportere, atque ab Religiosis (ut ipsamet concessæ Quæstoribus potestatis formula suadebat) stare æquitatem significabant; sed etiam scripserunt literas, per quas vetabant quicquam in Marcenij, ac Sociorum præterea agi causâ, priusquam totam eius narrationem ad Urbem mitterent. Quæ tamen literas noluit Pontifex mitti, satis fore affirmans quas ipse ad suum Internuncium, & ad Cardinalem Quirogam daret. Super hæc Generalis Bartholomæum Petrium, qui à confessionibus Duci Ossunæ Neapolitani fuerat, ac Theologiam inibi in Collegio explicarat, cum mandatis ad Cardinalem Toletanum, & Regem destinavit: Iussit primum exponere existimasse Claudium; fuisse hominem mittendum, cui totam ipse mentem suam nudasset: Deinde de libellis, deque Marcenij causâ edoceret. Auditum Generali libellos clandestinos spargi aduersus Societatem, facilliquè Regi, Cardinalique & eorum ministris obtrusos. Horum auctores scirent esse, vel eiectiones ab Societate, vel dignos, qui eijcerentur, vel qui honores, aut gradus indigni appetere, vel alioqui sua culpa ægros animi, ac turbulentos. Rogare igitur etiam, atque etiam, ne factiosi homines, maleque pacati assuescant obsequium detrectare, & calumnias aduersus Rectores suos libellis disseminare; ut si qui eius generis offerantur libelli, admonere seu Generalem, seu Prouincialem ne grauentur. Eos enim, vel satisfacturos, vel remedium, si quod res exigat, admoturos. Quod deinde pertineret ad animaduersionem Quæstorum in Societatem, inde damnum inestimabile in eius totum corpus existere. Nam adeo necessariam animarum cultoribus autoritatem, bonamque existimationem plane euerri. Nec solum id obesse in regionibus Catholicorum, sed etiam Hæreticorum, quibus nihil euenire optatius posset, quam Iesuitarum nomen obscurari, totamque familiam veteri, ac fieri populis vilem, & odiosam. Ad hæc caritatem domesticam detrimenti multum accipere, cum alij alijs diffidant, & rumor ferat talium Concitatores turbarum ex ipsis esse domesticis. Perire obsequium, & obseruantiam aduersus Superiores, cum iam imperfecti, suaque fortissimus contenti, minitentur Societatem ab Sacris Quæstoribus reformatandam, & nouis legibus temperandam, sicut ipsimet Generali Præposito interterminari per literas ausi sunt. Hinc iam disciplinam religiosam concidere, quod Præsides præ metu minus audent officium exigere. At ubi qui coerceri debebant ferociam assument: ij vero quorum erat coercere, debilitentur, quid restare sperandum nisi Ordinis totius perturbationem, ac certum exitum? Postremo etiam coniunctionem animorum cum alijs Religio-

78
Pontifex literas ad suum in Hispania Internuncium in fauorem Societatis dat.

79
Claudius Generalis destinatus in Hispaniam Bartholomæum Petrium ad Regem, & Cardinalem Toletanum. Quid ipsi mandauerit.

ligiosorum ordinibus scindi, cum nonnulli, quibus haud satis probabatur Societatis disciplina, eo tempore apertius, ac vehementius exagitare illam ius fasque ducerent. Hæc Romæ sub anni exordia dum Claudius impigre curat, augetur in Hispania tempestas. Ex oblati libellis, & querimonijs adeo completi suspicionum Sacri Quæitores sunt, ut omnino perferenda sibi omnia Societatis instituta, ac iura, accurateque expendenda statuerent. Itaque cum Superiore anno bina exemplaria librorum ad Societatis ius, regimenque spectantium dari sibi iussissent, accitum Castellæ Prouincialem Villalbam pridie Idus Februarij, anathemate maiori proposito iubent, libros de Ratione studiorum omnes, omnia Priuilegiorum, ac Diplomatum Apostolicorum exemplaria in omnibus Hispaniæ Prouincijs, nullo eius generis volumine relicto, colligi, & Quæitoribus intra mensem tradi. Ita Ecclesiæ rationibus, ita Diuina gloriæ, Sanctique eius Tribunalis rectæ administrationi conuenire. Idem in alijs Prouincijs editum mandatum, & vbiq; imperata obedienter facta. Super hæc quosdam libros Constitutionum, Exercitiorum, & Pontificium de ijs rite consignatum Diploma: præterea duorum annorum literas Annales ad se deferri iusserunt. Nec finis incommodorum: Quarto Kalendas Martij Hieronymus Ripalda Collegij Villagarziensis Rector, idemque Nouitiorum Magister, citatus Vallisolecum, & ipse datur in vincula. Huic quid fraudi verteretur vix licebat suspitione assequi. Nam certum videbatur causam iurisdictionis non pertinere ad eum. Cæterum cum esset admodum seueræ disciplina, magisque ad asperitatem, quam ad lenitatem factus, & ut ab se, ita ab alijs exigeret perfectam virtutem, suspicio erat ab quopiam eiectionum, seu perfidorum filiorum, delatum fuisse, quod aliqua seuerius pronuntiaffet; præsertim de obediendi virtute, quæ trahi in partem deteriorem possent. Quam suspicionem statim affirmarunt, quæ postridie consequuta sunt. Misso enim scriba, refetri in album, ob signarique iussere quicquid in cubiculo eius librorum erat, & manu scripta omnia cuiusvis generis, etiam missas ad eum epistolas, auferri, & ad sacrum Tribunal deferri. Commouit non Socios modo, sed totam Villagarziam hic turbo, eò vehementius, quod per id tempus (sacrum enim ieiunium agebatur) conciones habebat Ripalda magno cum populi accursu, & assensu. Consolabatur plerosque amicorum ea cogitatio, quod cum in viros tam probatæ spectatæque virtutis hæc exercitatio caderet, apparere existimabant delationes plurimum habere calumniæ. Et sane ita Deus rem temperabat ut ijs, qui comprehendebantur, ea exercitatio bene suscepta proficeret ad coronam, & Societatis nomen quam minimum læderetur. Sub hæc eodem pene tempore Romam afferitur de libris per omnes Prouincias tam seuerè collectis, deque capto Ripalda, & in Hispaniam ab vrbe literæ perferuntur, quibus Pontifex iubebat Marcenij, & Sociorum causam ad se se perferri, atque vtrobique magna insequuta est animorum commotio. Doluit vehementer Generalis additas plagis plagas: Sed eo maxime, quod consilia turbatorum intelligebat procedere, eosque libros eorum instinctu collectos, qui Societatis mutari instituta vellent. Quæitores sacros ex altera parte pupugit vehementer Pontificium iussum, ad suam contumeliam, & ad prauam æmulationem, atque adeo ad contumaciam interpretantes, maiorem potestatem aditam esse: eoque acrius indoluere, quod falsis quorundam literis admoniti sunt, id agere Societatem cum Pontifice, ut penitus se ab eorum potestate eximeret. Dum res tanta tempestate iactantur, aperte se produnt, quidam falsorum fratrum rerum nouarum cupidi. Dux, & concitator in primis fuit Dionysius Vasquius. Is ingenio vehemens, cum sub Euerardo ex Italia in Hispaniam sane inuitus rediisset, noua moliri sub eodem cœpisse creditus est anno ab hinc decimo, cum Apostolico Nuncio Nicolao Ormaetto, regioque consilio,

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. 1.

T T 2

ac

80

Sacri Quæitores Hispaniæ omnia exempla librorum Instituti ad se deferri iubent.

81

Hieronymus Ripalda Rector Villagarziensis iussu Sacrorum Quæitorum datur in vincula.

82

Querelæ Generalis de Actis in Hispania.

83

P. Dionysius Vasquius auctor res novas molienti.

84
Iâ sub Euc-
rardo stude-
re rebus no-
uis caperat.

85
Agrè fert se
ex Toletana
Prouincia in
Castellanam
transferrî.

86
Toletum re-
dire tentat.

87
Vitam B.P.
Borgia, quo
animo scri-
bit.
Ea supprimi
tur.

88
Tentat coge-
re nationa-
lem conuen-
tum.

89
Prouinciales
Societatis
per Hispani-
am ei ob-
stant.

ac Regi item aduersus instituta Societatis traditi libelli sunt. Creato Ge-
nerali Claudio miram præ se voluptatem tulit, quam, & datis ad eum li-
teris testatus est; addens ei se non secus atque ipsi Beato Ignatio obediu-
rum. Nec minore charitate Claudius ei respondit. Processu mox tem-
poris, vbi non ea, qua optabat, sinebatur vti licentia, atque animus
suspicax ex præteritorum conscientia, quicquid fieret ad insectationem de-
torquet, rursus cœpit inquietus agere. Ita exulcerato animo sane parum
in tempore accessit noua offensio. Cum enim ex Toletana Prouincia,
ob assiduas de eo Patrum querimonias in Castellam traducendus esset,
Ægidius Consaluius Prouincialis, cui ea delegata est cura, siue simplici-
ter nullum hominis tantum dolorem timens, siue Prouinciæ suæ quieti
prospiciens, sub ipsum tempus iussit proficisci, quo imminebat Congrega-
tio Prouincialis ad legendum de more Procuratorem. Eam rem adeo
acerbe Dionysius tulit (& erat agritudini atræque bili supramodum obno-
xius,) vt cibo totos sex dies abstinerit. Inde, vt videtur, ex toto
animum ad res nouandas adiecit. Qua de causa Toletum remigrare omni
ope studens, vt consuetudinem cum Cardinali Quiroga, & alijs potentium
amicorum foueret, scribendam suscepit Francisci Borgiæ Vitam. Nam
cum rerum peritis, qui plurimi in Toletana agebant Prouincia, ipsaque
in vrbe Toletum, sibi opus esse conuentis affirmaret, nec videbatur cau-
sa apparere cur illud denegaretur commercium; nec suspitioni aduersæ
locus relinqueretur. At ille fortassis eam quoque scriptionem de indu-
stria suscepit, vt per eam semina spargeret, vulgaretque somniorum
rum, facta superiorum temporum ad sensum suum prauè interpretando
detorquens, & talia identidem inculcans. Quod quidem in ea Vita
quam scripsit strenue fecit: eamque ob causam, & quòd multos Magna-
tum iniquius offendebat, suppressa est. Interim Marcenio capto tempus
diu expectatum offertur prodendi, vrgendique consilia. Scripsit ad om-
nes Hispaniæ Prouincias: se gloriam Dei maiorem spectantem, & eas
circumspicientem vnde tantum Societatis res in Hispania laborarent, at-
que vnde afferri possent remedia, venisse in eam mentem; vt exstima-
ret, necesse esse Nationalem fieri conuentum, in quem deni ferme anti-
quissimorum, grauissimorumque Patrum ex quatuor Hispaniæ Prouincijs
extra Lusitaniam. (Hanc enim sciebat plurimum ab ijs rebus abhorre-
re) congregarentur. In eo consilio, communi sententia statui posse, quòd
ad sistendas turbas, earumque fibras elidendas ex vfu maxime vide-
retur.

Hæc cum non ad Prouinciales modo, sed ad complures alios
priuatorum magna vi scripsisset: intelligeretque rem tantam adeoque
insolentem latere Generalem non posse, ei quoque tandem significa-
uit. Instabant sui in vnaquaque Prouincia ad legendum Procuratorem
conuentus. Itaque nullo alio opus esse Concilio Generalis respondit.
Prouinciales autem Hispani, ac reliqui Patres fermè omnes, sane, vt
decebat viros re ipsa perfectæ virtutis, Societatisque amantes, sapientes,
ac libere responderunt, quam ille remedij viam excogitarit, non esse
remedij sed exitij. Obedientiam ante omnia, abdicationemque pro-
priæ voluntatis, compressionem cupiditatum, amorem Sanctæ humilitatis,
coniunctionem cum Deo per Orationem, & assidua pietatis studia,
& alias ex hoc genere solidas, perfectasque virtutes, viam esse vni-
cam, qua recte Societati esset, vtcumque res extrinsecus acciderent.
Addebant Aragonij, ac Bœtici apud se cuncta esse tranquilla, nec
quicquam euenisse, cur tale concilium cogendum arbitrarentur. Qui-
dam pro indignitate rei acrius locuti, veneno plenas eas dicebant linc-
ras esse, alij ex animo vipereo profectas, alij non secus accipi de-
bere, atque si Martinus Lutherus misisset. Hoc videtur Concilium
pro-

tentasse Dionysius, Primum vt exploraret Patrum animos. Deinde si promoueret, vt sententiam eius conciliabuli, pro communi totius Societatis sensu vendicaret. Nam in traditis libellis Regi, & Quæstoribus subscriptum erat. Ita petit tota Societas: cum tamen non nisi perpaucos mala contagia infecissent. Quid igitur futurum erat, si in eo, quem moliebatur conuentu res è sententia cecidisset? Denique vt id esset defectionis initium, & præludium Schismatis. Sed Deus, qui ponit ventis pondus, non fuit vsque eo procellam inhorrescere. Ac Dionysius primo conatu deiectus eò vertit curam, vt saltem suæ Prouinciæ quam posset plurimos per nomen remedij suas in partes traheret. Itaque dum Congregatio Prouincialis cogitur, singulos priuatim astute præoccupans, & venenum incautis instillans, persuadere conatur, necessarium plane rebus Hispanicis Commissarium esse, qui tum præsentibus turbas tranquillet, tum futuris temporibus consulat. Inde ortas eas tempestates quibus iactaretur in præsentia, & tantum non obrueretur Societas, quòd nullus adsit tanta cum potestate, qui possit maturè succurrere. Dum scribitur Romam, & expectatur responsum, calamitatem accipi. Quicquid quemuis in Hispania Sociorum ægrum animi, minusque contentum haberet, inde esse, quod ex vno penderent omnia, qui absens rerum statu haud probe cognito, hos ad gradus eueheret, illos præteriret, hos præficeret Collegijs, illos affligeret, non pro meritis, ac virtute, sed quod ita cuiuspiam literæ suaserint, perperam siue per malignitatem, seu per inscitiam iudicantis. Necessarium esse hominem, qui norit vultum pecoris sui, ad quem promptum perfugium sit: cuius in aures, & animum liceat deponere, molestias, curas, quicquid seu ab hominibus inferitur iniuriæ, siue à Satana angoris intruditur. Quid conuenire, vt quicquid pecces (nam homines tandem omnes sumus) mandetur literis, & ultra mare transmittatur, Romæque, ac toto terrarum Orbe vulgetur? Sed fac nulla hæc esse, Quid enim, inquit, si tempora ingruant præsentia similia (quod quidem necesse est sæpe fieri si ita regamur) nonne vir necessarius nobis est, qui autoritate apud Dynastas polleat, & auxilium adhibere tentans sciat, quo id loco, qua ratione, quo tempore applicandum sit, ne si cæco ruat impetu, dum medicinam admouet, carnificinam exerceat? En vbi expectatur ab vrbe Roma nostris hisce calamitatibus aliquod leuamentum, nouum vulnus accipitur. Perfugium ad Pontificem ita exulcerauit Quæstorum mentes, vt nulla spes sit fore vnquam tempus, quo vere Societatem ament, eique confidant. Necessè est errorem ponamus. Aliter Romæ aliter in Hispania de rebus iudicatur. Hic si Generalis, si Assistentes, si Pontifex ipse aessent, aliter sentirent. Recursu Generalis ad Pontificem ante hoc triennium in Peredi causa, & nuper alijs occasionebus ita scimus exacerbatos Sacros Quæstos, vt & decreto sanxerint; ne in illo Sacro Tribunali opera nostrorum adhibeatur; & alia illa quibus nunc geminus suæ in nos iustæ indignationis fulmina intorserint. Atque omnia hæc ex vno, eodemque manant fonte, quòd hominem non habemus, qui norit locorum, & hominum ingenia. Qui provideat in tempore, qui succurrat. Contraria nempe omnia nunc sunt: cæca omnia sunt: remedia vel nulla, vel fera, vel aliena, & quæ malum ipsum irritent, & exulcerent. Romæ caput, in Hispania corpus: inde nullus inuicem vigor, nullus in nostris prolapsionibus, & molestijs locus clementiæ: nullus misericordiæ, nullus æquitati, & iustitiæ, nullus saltem querimoniæ. Audendum est igitur. Nam Deus, vbi manifesta est causæ bonitas, strenue agi rem, & constanter iubet. Communi consensu Prouinciæ connitendum, vt detur nobis Commissarius: neque is, qui nomen inane gerat, sed qui potestate præditus sit, quam nos ipsi coram Deo re diligenter perpen-
scri-

90
Vasquius
mutata ra-
tione ten-
tat Commis-
sarium indu-
cere à Gene-
rali indepen-
dentem.

91
Eius oratio
vehemens in
eum finem.

scribemus. Neque res vnius Generalis Prapofiti permittenda arbitrio est, sed Cardinalis Toletani, atque adeo Regis ipsius potentes impetranda litera (qua facile impetrabuntur) vt si Generalis hoc nobis, quod superest vnicum subsidium deneget, omni ope postuletur a Pontifice, ita postuletur, vt tandem impetretur. Hoc non solum Dionysius suaduit, sed alij quoque nonnulli, tantaque non modo cura, sed etiam obstinatione, & quasi rabie, vt re cognita Villalba magnum aliquod incommodum in conuentu pertimesceret, si ceterorum Patrum sincerum zelus contra eorum impetum tota vi tenderet. Faciendum igitur putauit, vt eum torrentem non recto limite, sed nonnihil obsecundans, paulo longiore tractu, sed incolumi Cymba trajiceret. Dedit se in eorundem congressum. Sibi quoque ait videri Commissarium petendum, sed vt praefiniatur potestas, cum qua sit, non esse modestie postulare: neque Cardinalis, aut Regis apud Pontificem interponendam auctoritatem. Quicquid extorquetur violentum videri. Quod autem sit, vulgo existimari non fieri iure. Congruentius fore in praesentia religiosa petitioni, causas diligenter exponere cur tale auxilium necessarium sibi putent: tot enim, tamque graues colligi posse causas, vt Pater Generalis omnino consentiat, multoque facilius, quam si externa intempereretur auctoritas: quia tum quamuis rem concedendam censeret, diceret tamen obstitendum exemplo, ne assuescerent inferiores per Magnatum gratiam ad sua vota grassari, & gubernationem externis opibus impetere. Quod si minus promptum se Generalis praerberet, tum aequius multo ad subsidia publica fore perfugium. Valuit haec Prouincialis indulgentia primum, vt, de adhibendis externorum viribus, deque Commissarii potestate definienda in conuentu nulla mentio fieret: deinde vt conuentus pacate admodum ageretur. Nam vt apparuit a Commissario petendo Prouincialem non dissentire, Patres ceteri non magnopere decertarunt. Simul decreuere enixe postulandum, vt Congregatio Generalis fieret. Procurator lectus est pro sua lenitate, bonitateque, ac sincera virtute vtrique carus parti Ludouicus Santanderus, in quem tanquam medium eod facilius suffragia conuenerunt, quod quempiam e suis factiosus non iudicauerunt tuto Romam mitti. Absoluto conuentu apparuit Villalbam Perturbatorum auctoritate, & consensu, impetuque perterrefactum, & abruptum: quamque ille obsecundandi artem putarat, consternationem animi, ac debilitatem fuisse. Quippe ita pauore completus est; vt cum indulgentiam sibi modo processisse existimaret, statuerit eandem viam insistere, & sedulo aduigilare, vt veteres Patrum laetos, recteque animos haberet. Et quia nonnunquam audiebantur querelae, eos seise tanquam viuorum e numero oblitos ad nullam administrationis publicae partem aduocari, Franciscum Vasquium Salmanticae, & Emmanuelem Lopium Villagarziae, & ipsummet Dionysium Segouiae Prorectores imposuit, cum Segouienfis Rector valetudine impediretur: Salmanticensis, & Villaguziensis in custodia, vt diximus, apud Quaestores detinerentur. Sed vt semel turbae inualuere, nihil est quod non trahi possit in occasionem agendi tumultus, quemadmodum quae praualuuit flamma, etiam ea quibus sedari debebat in alimenta conuertit. Supra explicatum est tot Patrum presentia abreptorum in Transyluania, morte, quantum res Catholica accepisset incommodum, quantoque studio occurrere ei Claudius Generalis conatus sit. Nec ardor in singulis Sociorum mediocris extitit ambientium ad gloriosos labores mitti. Ex multis, qui id optabant in Hispania Prouincijs sex tantummodo lecti, quibus professionem parantibus, ecce tibi ad quatuor Hispania Prouinciales presentanci fulmen Anathematis, si quem de suis interfusu Sacrorum Quaestorum Hispania finibus emiserint, ac nisi protinus ad suas Prouincias, si quos exire iusserint, venient. Autorem praecepti cre-

92
Alij se Vas-
quo adiuu-
gunt.

93
Prouincialis
Villalba in
speciem se
accommodat
nouantibus,
vt eorum
vim eludat.

94
Prouincialis
nimio terro-
re debilita-
tus Collegia
gubernanda
minime ap-
tis tradit.

95
Socij Hispa-
ni impediti
ne irent in
Transylua-
niam.

credidere nonnulli vnum Quæstorum ægre ferentem suum propinquum, qui eam expeditionem impetrarat, ab se se tam procul abire. Aliud alij causæ suspicabantur: exercere, fatigare, & adigere sic ad ea, quæ spectabant Societatem velle. Adeo seuerè editum iussum, & obseruatum est, vt cum Procuratoribus mox discedendum Romam esset, petenda singulis oblato supplice libello eundi venia fuerit: & Quæstos consuetiua resera dederint, adiccto vt recta pergerent Romam, neque aliò diuerterent. Hæc omnia Romam nunciata, multiplicem Generali attulere curam. Maxime omnium intestina dissensione doluit. Nam videbat omnino secus in hac calamitate vsu venire, quam consuevit, quouis in cœtu recte valente. Habent enim hanc vim res aduersæ, vt ipsos inter se domesticos, ac ciues concilient, arctiusque ad malum, quod extrinsecus infertur, seu propulsandum, seu fortius subeundum coniungant. Hic autem quemadmodum scripsit ad Prouinciales, euenire secus videbat, vt externa vexatione dissidium domesticum accenderetur: idque timendum aiebat, id curandum. Nam quæ foris exercitatio accideret suum tenere cursum, nec posse quicquam admodum detrimenti inde capi: vel constituram innocentiam, vel vindicatum iri noxam. Vt cumque autem caderet, eruditum iri Societatem. At vero disungi membra, cum opus esset tenacius copulari, & aduersus caput surgere, id vero graue malum, & latentis intra viscera pestis indicium esse. Nec vero, vti Villalba suspicaretur, indulgentiam, impunitatem, ac præmia turbatoribus idoneam plagæ medicinam, sed ante omnia, fiduciam in Deo, in eaque fundatam virilem Clementiam, & inuidiam in recto Constantiam. Et sane dissimulatio, ac lenitas illa incredibilem labem fecit. Vbi enim consentire visus est Prouincialis, tum hæc pariter consequuta, Primum perniciosa consilia, quæ ante, quamquam cum exigua verecundia, tamen, haud penitus sine pudore, ac metu agitabantur, non modo tractari propalam, sed & ostentari cœpta. Deinde simpliciores cuncti, bonique auctoritatem Prouincialis sequuti, vnde species facta totius consentientis Prouinciæ: postremo causa publica relicta est indefensa, nec vllæ pro ea voces audita: vnde fiebat, vt plerique priuatarum opinionum venenum inpectus demitterent, nullo præmuniti, confirmatique verarum rationum medicamento. Quod si Præses præsentis animo, vt primum coitiones fieri malas sensit, obiecisset se se, ac suam & ipsè coëgisset manum, & recta seuisset consilia, quid religio, quid obsequium, quid Constitutionum ius, quid publicum bonum postulare edocens, si minus impetum, illum præcipitantis fregisset gurgitis, tamen haud in præceps cuncta iuisent. Minime quidem abfuisset dissidia: sed videndum est, quod cui bono bonum, maloue malum præoptandum sit. Nam & si sapientissimè monet Nazianzenus cum ait, exiguum quiddam concedamus, vt quod maius est vicissim accipiamus, nimirum concordiam: cedamus, vt superemus: idem tamen & illud vere docuerat, melior est contentio pietatis causa, suscepta, quam turpis, ac vitiosa concordia. Cæterum vti recta viri mens veniam meretur, sic exitus indulgentiæ malus, debet bonus magister esse constantiæ. At vbi Prouinciarum Procuratores, quæ fuissent causæ Castellanis postulandi Generalem conuentum videre, quæ ad totam euertendam, ab Sancto Spiritu per S. Ignatium conditam disciplinam, ac nouam, ex ipsorum commentis fingendam pertinebant, cum aperte præfati: Constitutionum quarundam vsu hoc seculo domesticorum iuxta, & externorum concitare animos, & corda perturbare; nunc tempus esse dicerent talia corrigendi, cum in disquisitione (hoc enim aiebant) res nostræ apud Quæstos versarentur: poenasque certas certis noxis constitui, & iudicia forensium instar exerceri, & causas actitari, carcerem induci; libertatem eijciendi de Societate tolli, conuentibus Prouincialibus plus potestata-

96

Procuratores mihi Romam coguntur eundi à Sacris Quæstoribus petere

97

Perniciosa orta ex contentione Prouincialis.

Or. 3. de Pa. sc.

98
Congrega-
tio Procura-
torum reij-
cit quæstio-
nem Congrega-
tionis Castellana.

99
Commissarij
Institucio
per Hispaniam
quas
ob causas ne-
gata.

100
Agit Gene-
ralis cum
Pontifice de
rebus Hispaniæ.

Qui rem, ut
suam suscepit.

testatis impertiri, cognitionem referuatarum Præsidiibus noxarum relaxari: atque adeo ne paupertati quidem parcerent, quam Sacrosanctam ita voluit Beatus Pater, ut Professos nunquam de ea remittenda acturos proprii voti religione obstrinxerit: sed redditus perpetuos ad obeundas euangelizandi causa peregrinationes, stipendiaque, & elemosynas pro sacrificijs & instituti functionibus accipiendas censerent. Hæc aliaque, ut videre Patres attentari, flagitarique, & ex his quæ non dubitauerant vafri homines profiteri, omniumque oculis exponere, coniecturam fecere quanto plus mali lateret in abdito, enimvero cohorrere vehementer, tum grauissime indignati, vna voce vniuersi nequaquam generalem conuentum conuocandum, sed grauiter in authores talium prodigiorum vindicandum censuere. Des Commissario vero qui petebatur, Claudius quanquam non ignorabat, quid ius fasque ferret, tamen pro rei magnitudine Assistentes aliosque Patrum autoritate præstantes consuluit, cumque omnes consentirent rem esse exitiabilem, & ad intima, ac vitalia pertinere huius corporis, quod totum collabesceret, & scindi necesse esset, si nouus ille Dominatus induceretur, Castellanos postulationi responsum hoc dedit, Re diu multumque perpensa iudicatum est à nobis in Domino, institutionem hanc Commissarij nullo modo expedire. Primum quia id ipsum temporum aliorum experientia docuit. quæ fuit causa, ut in prima Congregatione Generali in qua ex viginti quinque Patribus qui aderant viginti scilicet electores, & quinque Procuratores, decem & octo erant Hispani, fieret decretum ne decemque Commissarij Ordinarij instituerentur, idemque confirmaretur in secunda Congregatione Generali, cui præerat P. Borgia bo: me: tunc creatus Generalis, qui in Hispania aliquandiu Commissarius fuerat, & in qua similiter atque in prima, maior Patrum Congregatorum pars, nempe ex triginta nouem, quatuor & viginti, fuerunt Hispani, & idem postea ab ipso met Borgia proximæ Congregationi Prouinciali Toletanæ Commissarium item petenti responderetur his verbis: quod ad Commissarium spectat, est contra decreta primæ, & secundæ Congregationis generalis, nec conueniens Constitutionibus, quæ Prouinciales volunt proximos à Generali esse Præpositos ordinarios. Deinde ob ipsamet rationes istinc allatas, quæ si bene perpendantur, probant non debere fieri: tum quia solæ Castella petit, reliquæ autem omnes præter vnam, quæ nec ipsa tamen petit, obnixe estflagitant, ut ne fiat: tum etiam quia, quantum considerentur hominum modo licet, certi sumus nequaquam pacem, & quietem istarum Prouinciarum, quam Congregatio in hac re præterdit, sed contraria omnia sequutara. Denique etiam propter alias rationes pergrauiores, quas vberius referet Pater Procurator, Speramus autem satis profuturum iri, & nunc per Prouincialem quem elegimus, & cum primum ratio temporum id feret etiam per Visitatorem, & per alias vias, de quibus cum P. Procuratore contulimus. Hoc edito responso Prouinciæ, quia constabat regijs idem interpositis opibus attentari, & ipsimet petitores, vti supra demonstratum est, si minus impetraretur extorquendum professi erant, visum est Claudio admonendum esse Pontificem. Haudquaquam multa fuit opus disputatione apud Sixtum. Continuo iussit, vacuo, ac securus animo esse; intelligere se, quorsum res tenderet, nempe ut quantum minimum haberetur cum Romana vrbe commercij. Verum nequaquam, Pontifice se, fore conatus; causam plane uti suam suscepit. Quod & Cardinalis Rusticuccijs Secretarius affirmabat, & res ipsa docuit. Mouit eum præsertim interdictum egrediendi ex Hispaniâ, de quo iam aliquid audierat, & tunc distinctius cognoscere voluit; consideratis etiam Syngraphis per quas data facultas Procuratoribus Nostrarum Prouinciarum fuerat, Romam veniendi, ad quarum conspectum, ita res, inquit, tantum sibi certi homines arrogat, ut etiam accessum Christianorum

norum ad Urbem Romam atque ad Sedem Apostolicam iuris ipsorum, atque arbitrij velint esse. Mox pergens: nempe, addidit, ijdem isti sunt, quibus cum imperassemus, vt Acta causæ Marcenij ad nos transmittent, nondum obtemperarunt. Sed dabimus operam, vt obtemperent. Sub hæc scribit ad suum in Hispaniâ Internuncium, iubens: vt quas ei mittebat literas Cardinali Quirogæ inscriptas, non prius redderet, quam eas ipse coram Cardinali præfenti recitasset. In ijs Cardinali eidem supremo Quæstori præcipiebat suprema sua Apostolicâ potestate: primum vt Libros Instituti Societatis, præsertim Ordinem studiorum, Societati confestim redderet. Deinde causam totam Patrum comprehensuram, ac quicquid ad eam pertineret, ad se primo quoque tempore transmitteret. Post hæc addebat, se ipsum, nisi iussa obedienter faceret, & Magistratu, & Cardinalatu protinus deiecturum. Eodem tempore Claudius satisfaciendum Regi curauit, qui ferebatur offensus ob appellatum Pontificem, & ea opinione imbutus, tanquam vere cuncta Societas idem cum Dionysio Vasquio, & eius affectis sentiret. Dedit igitur ad eum literas, & ad Franciscum Porrium scripsit, quæ coram fusius explicaret: Primum quidem Sacrum Quæstorum Consilium quantopere Societas colat, cupiatque promotum, intelligens summum ex eo Sanctæ Ecclesiæ emolumentum pendere: ac propterea, qua in re facultas tulerit, ei cum fide semper, & cura inseruisse. Deinde quod rumor ferret Societatem velle cum eo Consilio in certamen venire, ac postulasse à Pontifice, eius vt ditio- nē exineretur, longe à vero abesse, vt Cardinalis ipse Petrus Deza, & Procurator ipsorum Quæstorum Martinus Carnicerius, qui Romæ erant fidem rite faciebant: Solum petiit, vt explicaret num in noxis extra- hæresim, ac nominatim in sollicitatione Pœnitentium, ius esset Religiosis subiectorum causas cognoscere, vt omni dubitatione sublata nullæ posthac coirentur procellæ eius generis, quæ in præsens strepitum tantum cie- bant. Cui quidem controuersia, Societati summe optatum fuisse, vt ab ipsis Quæstoribus finis imponeretur, idcirco prope annum quiescisse. Ve- rum cum interim vijs tentatis omnibus nihil impetratum esset, videret- que grauius opinione, damnum per Hispaniam accipi, ac sciret Regem, nequam se sacrum illud in forum consuesse immittere, coactum ad commune totius Christiani Orbis perfrugium receptum habere. Non enim scire se num vnquam cum alio quopiam religiosorum ordine id actum sit, quod actum esset cum Societate, omnibus eius libris tanta cum infamæ nota collectis, & in Quæstorum potestatem redactis, vnde omnibus of- feratur occasio suspicandi aliquid monstri latere in hoc Ordine. Itaque quamuis sacrum illud Tribunal velut arcem, & propugnaculum religionis, ac morum veneremur, non posse tamen de aliquo eius administratorum, non conqueri, qui res, hominesque huius familie ita accipiant, vt in libro de Ratione studiorum quidam iactarit inesse hæreses, & ipsummet nominatum ita, cum tamen Generalis mens posset ex ipsis primis eiusdem libri regulis perspici, in quibus iubebat corroborandæ inprimis fidei, alen- dæque pietati insisti, ac propterea neminem docere quicquam, quod cum Ecclesiæ sensu, receptisque traditionibus non bene conueniret. Atque ubi nullum pietatis, & fidei periculum immineret, vitari suspensionem nouitatis. Itaque neminem opinionem vllam defendere, quæ contra re- cepta Philosophorum, aut Theologorum placita, vel contra communem scholarum Theologicarum sensum à plerisque viris doctis esse iudicetur. Hinc igitur Generalis mentem liquidò cognosci, nihiloque minus ex lite- ris, quas in Hispaniam cum libro misit, in quibus vehementer monet, vt vnusquisque exuens peculiare ad hanc, vel illam opinionem animi stu- dium, solum figat oculos in id, quod futurum sit toti Societati maxime.

Hist. Soc. Iesu Part. V. Tom. I.

V v

conue-

101
Claudius Ge-
neralis Regi
Phillippo la-
tisfacere co-
natur literis
scriptis, &
Francisco
Porrio ad
eum misso.

101
Claudius Ge-
neralis Regi
Phillippo la-
tisfacere co-
natur literis
scriptis, &
Francisco
Porrio ad
eum misso.

101
Claudius Ge-
neralis Regi
Phillippo la-
tisfacere co-
natur literis
scriptis, &
Francisco
Porrio ad
eum misso.

101
Claudius Ge-
neralis Regi
Phillippo la-
tisfacere co-
natur literis
scriptis, &
Francisco
Porrio ad
eum misso.

101
Claudius Ge-
neralis Regi
Phillippo la-
tisfacere co-
natur literis
scriptis, &
Francisco
Porrio ad
eum misso.

VICTORIA
 DARS IV
 FABRIS
 TORIVS

conueniens; maxime tutum, & receptum in Academijs Catholicis, maxime vstratum apud Magistros, quorum & autoritas, & Doctrina prepolleat. Hæc ita cum sint, videat iam pro sua sapientia Rex num talis sine doloris sensu, ac sine omni praesidio, per fugioque tolerari deberent. Cum Societas ad alienam condita vtilitatem, si in ea re cum fructu vendanda occasiones, non modo frustra futura sit, sed etiam execrabilis, nullo sane Sancti illius Tribunalis bono. Quod autem ad Castellæ Prouinciæ res pertineret, sciret Rex, turbas non nisi in ea vna esse Prouinciâ. Fuisse in animo Generali dudum Visitatorem mittere: sed cum interuenissent ex casu comprehensorum Patrum motus, existimasse Sapientes tantisper super sedendum, dum appareret, quò ille turbo euaderet. Atque addere hoc loco plane, ac modeste Porrius iustus est: Non deesse, qui causam tantorum motuum ipsimet Regi conentur aspergere. Existimantes enim quosdam ipsam Societati suboffensum, magnos spiritus, tanquam Regi gratum facturos, assumpsisse: per eius offensionem sperantes ad effectum sua studia perducturos. Rogaret igitur, vt quam erga ceteras Religiosorum familias, eandem erga hanc, quam vt suis literis ipsemet sapius affirmarat, semper fidelem expertus esset, benignitatem, & clementiam præferret. Hæc & alia eiusdem generis exposuit Porrius diligenter, & Rex non modo libenter audiuit, sed seque purgare sedulo studuit, & fauorom promisit, sed etiam nominatim è Proceribus designauit, quos Porrius, siue vt dedoceret, siue vt magis conciliaret, alloqueretur. Ac Generalis, nihil vt omitteret, quo pacare, aut demereri Sacros Quæsitores posset, ad omnes Prouinciales Hispaniâ literas dedit, vt humiliter, ac prolixè Societatis operam, si cui vsui foret Sacris Quæsitibus deferrent: vt intelligerent non æmulam eam, sed adiutricem, & administram esse velle. Hisce ex officijs cepit non nihil tranquillitatis redire. Acta causæ Marcenij Romam misere, & insum de non egrediendi Hispaniâ, quando in totum abrogare durissimum videbatur, declarant, ita intelligi, ne mitterentur iuniores ad loca hæresum labe infecta, quod periculum esset ne olim ipsi deprauati, mala in Hispaniam semina reportarent. At Dionysius sibi timere incipiens in Quæsitorem clientelam penitus dedit se, quorum iniussu vetitus Villalba est quicquam de eo statueret: tum ad Generalem literas dedit contumaciter supplices, perens magis, quam regans, vt memoriam præteritarum rerum aboleret, gratiamque sibi conueniam, quæ molitus esset faceret, sancte spondens in posterum se causam a molestia non futurum.

Inter hæc multi præstantes virtute viri ad præmia euocati caelestia, in his Bartholomæus Cocquius xi. Kalendas Augusti è Palmensi Maioris Balearum Collegio, quod regebat in Vir sui victoria, clementia, prudentia, laborum cupiditate, ceterisque clarus virtutibus. Tota hominem luxit Insula, in qua & natus erat, in Oppido Inca. Cum annum trigessimum ageret, in morte sæculi anno 56, Societatem adiuuit Valentia: interque multas Præfecturas Proprouincialis Sardiniam sapienter, & diuque administravit. Par egrum è Numantino euocati Collegio Consaluis DeHerbis Kalendis Octobribus, & Ioannes Ignatius de Ozunio quinto Idus Decembris. Hic anno 1554. illè anno post, in Societatem adscriptus. Consaluis præfuit plus quatuor annis Domicilio Villagarzensi dum ibi Tyrones habebantur. Decebatatur labore, & opere, asperitate, sui que vexatione corporis, auge præbenda confortibus, & deundis quamvis intempesta nocte, ac se uiente hyeme moribundis, & adiuidandis, quo in genere excellebat. Vbi à proximorum vacaret cuius abdebat se in cubiculum, in eoque perseverabat agens cum Deo, orans, aut legens. Merito potest in ijs numerari, qui animam suam posuere pro amicis suis. Nam dum in graueolenti ruguriolo summo studio

102.
 Rex benigne respandit Porrius.
 103.
 Sacri Quæsitores aliquid relaxat de pristino rigore.
 104.
 Dionysius Vasquius in clientelam Saecrorum Quæsitorem se dat.
 105.
 Mors P Bartholomæi Cocquij post vitam bonam.
 106.
 Item Consaluis de Herbis, & Ignatij de Ozunio.
 107.
 Virtutes Consaluis.

dio inopi adest mulieri animam agenti, ex tetro loci situ, corruptoque spiritu, morbum quo confectus est, traxit. Narrant de eo, cum superuenissent hospites, suumque illis Praefecti monitu cessisset cubiculum, nec aliud per obliuionem assignatum esset, in odeum se recepisse, ac latum oblata occasione totam ibi noctem in precibus diuinorumque meditatione duxisse. Item ad memoriam Christi plagarum, solitum sibi manum clauo acuto, sic vt sanguinem eliceret, & plaga fieret, vulnerare. Ioannes Ignatius excelebat cultu erga Deiparam, cuius praecipue in honorem Societati se dedicauit. Frequens obtestari moderatores per ipsam eorum conscientiam solebat, ne quam ipsius cupiditates, voluntatesque frangendi occasionem omitterent, neu per indulgentiam quicquam secum dissimularent. Cultor erat obedientiae exactus, legum domesticarum tenacissimus custos: si qua res offerretur ab earum praescripto aberrans, statim oblatrabat conscientia, & tanquam conuicio obieciabat, istud aduersus legem est, abstine: ac plane abstinebat. Quod si vel leuiter prolaberetur, non quiescebat priusquam noxa moderatori patefacta poenam publicam impetraret. Adeo contraria sunt hominum seculi, & seruorum Dei studia. Illos post noxam sequitur cura latendi: hos se se prodendi: nec mirum cum illi poenam metuant, hi reformident impunitatem. Saepe institit ardens hic pariterque humilis animarum amator, vt mitteretur ad Indos, non quod se idoneum existimaret Euangelio promulgando, sed vt promulgantibus pro famulo inferiret. Eo voto frustratus hoc acrius curam intendit, vt Hispanicis laboribus indicas adaequaret arumnas. Nobile item par est Toletana euocati domo, Odoardus Pereria, & Christophorus Turrius, ambo genere Lusitani, & Sacerdotes. Prior adolescens cum ex Ephebis esset Eleonora Mascarenia, ad Societatem se contulit: Posterior iam quinquagenarius. Praefuit Odoardus diu Nouitij. Madritanum primum Collegium rexit. Valebat spiritualibus Exercitationibus proponendis. Pietate singulari colebat Deiparam: pridieque eius Celebritatum super cetera officia, publico se cedebat flagello. Sub vesperam apoplexia repente extinctus est, cum mane sacrificasset, paucisque ante horis, tanquam Deo tacite praemonente, auditus est cantilans versiculos Hispanicos huius sententiae, Aspiciant mea Te lumina bone dulcis IESV: Aspiciant mea Te lumina & moriar. Christophorus cum circa frequens ministerium satageret, interrogantibus quid tantum cura assumeret, contendendam aiebat operam, quod serius ad vineam accessisset, & spatium superesset exiguum. Itaque tanquam praefigiret breuem sibi vsuram lucis restare (nouem enim duntaxat superauit annos) ita interdum, noctuque operi intentus agitabat. Diuinum officium semper genuflexo aperto vertice persoluebat. Ad aegros, ad custodias, ad Nosocomium promptus accurere, & ad vilissimum quemque latissimus: nec solum animis, sed etiam prodesse corporibus. Curabat domi singulis diebus sua, vt pauperibus parata benedictio esset: Colligebat ipsemet mensae reliquias, idemque sua manu pauperibus diuidebat, diuina ante doctrina refectis. Aliquandiu fuit Naualcarneri, vbi (vt est attenta caritas) cum affatim in horto pomorum esset, quae peritura cadebant, colligebat diligenter, & insolabat & suas inde pauperibus adornabat delicias. Totus erat in Humilitatis, & Caritatis negotijs: ministrare mensae, domum euertere, purgare lances, ianitoris obire vices, vnus omnes Patrum in se quoad posset, ac fratrum labores auertere; expeditus, alacer seruantissimus legum, Sociorum obseruantissimus; adeo in omni virtute perfectus, vt quam singillatim inspiceres eam eminentissimam iudicares. Inde rapiebat ad se omnium animos; suiue desiderium tam dulce reliquit, vt apte in eum sacrum illud cadat Elogium, Dilectus Deo, & hominibus: cuius memoria in benedictione est. Gaudebat se olim ab Ioanne Nunnio Aethiopiae.

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

V v 2

pia

108
Virtutes Ioannis Ignatii.109
Odoardi Pereria pia mors ex bona vita.110
Christophori Turrii virtutes.

III
Elogium
Ioannis Rodericij.

piæ Patriarcha Sacerdotem creatum. Similis fuit virtus, sed maiore in opere, ac longiore perspecta Ioannis Rodericij ex oppido Ceruera Calaguritanæ dioceseos, qui cum quadragenarius & ipse ad Societatem anno 1555. venisset, præter alia munia, ita Minister duos & viginti annos in complurari Collegio posuit, ut merito magnus in eo genere, proque exemplari, ac forma haberi possit. Cum severitate clementiam, diligentiam cum tranquillitate, hilaritatem cum modestia, prudentiam cum simplicitate, cum religiosa parsimonia maternam benignitatem mirum in modum se Rectori: labores non libentius dispensabat, quam præstabat ipse. Vni sibi asper, & implacabilis, & rigidus disciplinæ exactor erat. In cubiculo eius, in mensa, & in vestitu nihil nisi vulgare; nunquam tunicam novam induit, nisi semel Provinciali urgente. Singulis noctibus per horæ dimidium se acriter diuerberabat: quod nisi cohibitus esset Moderatorum imperio, sine modo desauisset. Nihil enim nisi fatigabat Rectores, & Confessarios, ut sibi pœnas, siue publicas, siue occultas concederent: ac noua excogitabat se se abijciendi genera, siue occultas coterræ esse pondus, ac fruges nequicquam consumere. Pollebat egregio Orationis dono, & lacrymarum: nec vnquam intermisit magna simplicitate rationem animæ suæ, & omnium spiritualium exercitationum Moderatori referre. Cupiebat vnâ vespere, alteram mane consueto sono horam detrudere, quam Orationi adderet; sed solum dimidias impetrari. Ita se gerebat semper, ac si ante Dei conspectum versaretur. Nec erat quicquam tam leue, vnde non incitamentum pietati, Orationi alimentum exciperet. Quatuor habebat in ore voces: Severam Deum repetituram rationem ab homine Societatis præsidiorum ei ad virtutem tor, ac telium præbitorum: Valde nobis necessarium infigne studium mortificationis atque virtutum; alioqui cum desit exterior severitas, Sanctitatem pessimam. Quicquid quamuis minutum agatur, magna puritate, ac perfectione agendum: Sæpe, multumque ponderandum quam multa Deus reddat in Societate pro exiguo, quod abdicatur in seculo. Exacta prospere vita fidelem Dei seruum inuasit tanta repente moestitia, ut prope de se actum putaret. Quod cum more suo Præsidi declarasset, is bonum habere animum iussit, exerceri à Deo, expoliri, ac præparari ad migrationem. Neque aliter factum est. Cum per astatem ad Villam secessisset Collegij Complutensis, Cui IESVS à Monte est nomen, tanquam singulis horis aduentum Domini opperiretur, sub arboris umbra, vel propter sepem, terras in precibus, donec correptus febricula, valde lætus ad moriendum se ire denunciâns, Complutum reuertit: ibique septimo Kalendas Octobris diuinis instructus in Domino requieuit. Claudet gloriosum hunc chorum vir non solum virtute, sed & mirabilibus extra ordinem Dei pignoribus memorandus, Rodericus Aluarius, Hispali magna cum sanctitatis fama, neque ea ex vano, vita perfunctus. Is ex Patre Lusitano, Matre Castellana, anno 1525. ortus in terris Africa, quæ tum sub ditione Regum Lusitanorum erant; cum tenellus reportaretur in Hispaniam, tum alijs incommodis, tum maxime siti, quæ quod aqua ob diuturnam iactationem defecisset, vectores dire cruciauit, altero oculorum orbatus est. Iam tum puer magnos ad omnem virtutem perlenfit impetus: summo studio inter maxima certamina pudicitiam conseruauit, quoad Dominum palam ei apparente, ferox illa carnis contumacia delinita est. Inde pugna liberatus, non tamen curam deposuit: communisque est notorum opinio, nunquam sacrum illum thesaurum ab eo tota vita violatum. In Oppido Lebrixa ad maritima Boetis, primas literas didicit: dein Compluti grauiores disciplinas humanas diuinæque. Tum reuersus Lebrixam studio

III
Quid crebro
dicere sole-
ret.

III
Tranquillus
eius, & felix
obitus.

III
Roderici Al-
uarij Paren-
tes, Patria,
Natales.

III
Pueritia eius
sanctè tradu-
cta.

dio paupertatis, patrimonio satis luculento Christi gausa distributo, ad sustinendam laborem vitam, & utilitati publicae seruiendum, docere Grammaticam instituit. Inde quò plus animos iuuaret, suasu piorum, qui & patrimonium in eam rem obtulere, Sacerdotium petijt, sed more bono, & antiquo. Hispalensem Vicarium cum adijisset, Adsum, inquit, vt si censeas è Diuina gloria, reque Ecclesiae esse, inities me Sacris. Sin aliter censeas, non inities. Nam mihi quidem nihil propositum est aliud, quam vt Deo placeam. Ad quae verba cum animum attendisset Vicarius, ac totum hominem oculis lustrans, videret ore deformem, captum oculo, habitu neglectum, ac despiciatum, tamen respondit, nescio quo interiore instinctu impellor, vt initiari te iubeam: atque ita lege ob oculi vitium solutus, paucis diebus Sacerdos est factus anno 1552. Sub hac coepit Hispali in Nosocomio, quod Amoris Dei vocatur, Curionem agere, puerilem non intermittens Doctrinam. Iam longe in omni officij laude processerat, Deo prater ordinem adiuuante. Multa percepit Diuina lumina, quibus vehementer excitatus ad pietatem, & in mysterijs Sanctissimae fidei, quae plurimi faciebat, confirmatus est. Sape ei Christus Dominus: saepe Deipara apparuisse dicitur. Cumque aliquando Dominus ei dixisset, sequere me; nesciretque quam potissimum ratione sequi cum deberet, ad Sanctissimam Virginem confugit; voluntatem vt filij mater interpretaretur: eaque diserte respondit, Societatem IESV iniret. Hac Xeresij cum euenissent, eodem die Rodericus se Hispalim contulit, Prouincialerq; Iacobum Auellanadam conuenturus, qui forte die eodem Marcenam versus discesserat. Sed is spiritus, qui Rodericum ducebat, Auellanadam reduxit. sub dimidium viae febris correptus retro Hispalim vnde exierat, se recepit. Postridie adfuit Rodericus, & Societatem simpliciter, ac sine ambitione, vt Sacerdotium petierat, petit. Aderat Prouinciali Ignatius Fonseca notae vir prudentia, atque virtutis, qui interrogatus à Prouinciali, quid ea de petitione sentiret (nam prater alia corporis incommoda etiam ætate prouectum homulum intuebantur) respondit sibi quidem, nescio quid intus suadere, vt reciperet: idem, inquit, mihi sensus est, continuoque recepit pridie Idus Augusti 1566. mox domum receptus magnum præbuit sinceræ virtutis, quam afferebat pignus, atque experimentum, quod tanquam docilis puer totum se formandum, in Christo fingendumque permisit. Ita amare, ac magnificere Societatem coepit, quam sibi nominatim destinata à Deipara recordabatur, vt diceret, nescio quidem, si forte eueniret, vt omnes eam desererent, fore vt ipse abiret, aut opinionem eius imminueret. Hinc iam in legum custodia, quam accuratus esset, prompta est coniectura. Nec longo post tempore, vt erat in nouo studio vetus athleta, præfectus est Tyronibus erudiendis, ac rerum piarum domi moderator, cum pariter in opem Ciuium singulari charitate, constantia, laboreque insisteret. Ac Deus, qui contemptibilia mundi eligit, dabat conatibus famuli sui successus plane mirabiles. Singulare ei donum internoſcendi spiritus, & prædicendi futura, & cogitationis arcana introspectendi, & alia supra communem modum impertijt: & quae multo diuiniore, & optabiliora sunt, ardentissimam caritatem, misericordiam efficacissimam, patientiam inexuperabilem, & alia virtutum vera decora large donauit. Quicquid ageret, quatuor hisce conditionibus exornabat: Referebat ad maiorem Dei gloriam, ad maius caritatis augmentum, ad proximorum exemplum, ad suimet confusionem. Ardebant eius verba, & incendebant audientium pectora: domestici etiam, sermones eius toti de rebus texebantur, quae excitare, & alere pietatem possent. Si quo in circulo quicquam medium tractaretur, satis habebat tacitus audire. Quae maxime volebat sibi curae esse, scriptis mandabat. In his erat, vt nunquam de auditis in confessione noxis ob Sacramen-

116
Quomodo
Sacerdos factus.

117
Vocatio eius
in Societate
mira.

118
Singularia
in eo Dei dona.

119
Votum de
nunquam
obtrectando.

120
 Latitudo cor-
 dis in immen-
 sum patens.

121
 Patientia in
 longo, & gra-
 ui morbo.

122
 Pietas eius
 erga Sanctis-
 simam Dei-
 param.

123
 Raptus in
 extasim.

menti venerationem, ne generatim quidem ageret. Obsecrationes usque eo oderat, ut proprio quodam voto se obstrinxerit, nunquam cuiquam obsecraturum, præcipue Sacerdoti, aut Religioso; nec sinebat commiseri se tale quicquam feri, diuina inculcans verba, Nolite tangere Christos meos. In subleuandis proximorum difficultatibus, ut omnia conaretur, tamen immensum erat, quò animo aspirabat. Ac solebat interdum dicere. Ego quotquot sunt in toto terrarum orbe captiuos libero. Alia, Ego ad inopum subsidia per omnes gentium omnium vrbes excito Monachos pietatis. Alia ego vbique templa, vbique domos hospitales, & Necessaria ædifico ad corporum necessitates, & animorum. Cum quem audiebat confitentem, aut mœstum consolabatur, aut consulentem docebat, ita suscipiebat rem, agebatque, ac si pro vniuersis ea mortalibus faceret. Omnes quantum in se erat, in vno illo adiuuans. Quo de conatu, ne in summa quidem dolorum acerbitate remisit. Quippe multorum annorum spatio ex calculo laborauit, ut recte facta honor patientiæ cumlaret. Quemadmodum autem cum cruciatum ferret, ex eiusmet scripto apparet, quod anno 1552. incunte edidit in hæc verba. Statuere Medicum morbum, quo laboro, calculum esse, quo tandem conficiar. Hunc ego morbum pro singulari duco beneficio Dei, qui me prauent excitatque, ut animum ad bene moriendum componam. Multis iam annis precor à Deo donum Martyrij, id mihi Deus in hunc morbum commutauit, quem Medici prolixum Martyrium dicunt esse. Quando autem hac mecum vniuersi est benignitate, ut aliquo modo faceret conformem imagini filij sui, qui passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, benedicam Dominum in omni tempore, & semper laus eius erit in ore meo. Itaque & propter hoc beneficium, & cætera alia, Benedicam animam meam Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini Sancto eius. Hoc totum quicquid est molestiæ, quod pro sua æterna providentiâ mihi Deus largitur, toto animo amplector, ac profusus tanquam mihi ipsi optionem permiserit, ita volens, ac libens bibere volo calicem hunc de manu Domini nostri IESV Christi: pro qua re, & cæteris omnibus in æternum gratias agam. Et quoniam nescio ipse vti debeo gratias agere pro tam insigni pietate, rogo Dominam meam Virginem sanctissimam Dei parentem, omnesque Cælestis Aulae Sanctos, ut hoc pro me impetrantur officio, mihi que impetrent vires, quibus patienter, & conuenienter Diuinæ voluntati, & alacriter hanc particulam, quæ mihi obigit sanctissimæ Crucis Christi sustineam. Hæc, & alia multa scripsit, & ad hæc regulam dolores, quibus sex maxime postremis vitæ annis excruciatus est semper exegit; tot interim irrigatus è Cælo suauitatibus, ut partim dolores infernos, partim superna degustare gaudia videretur. Referunt ei apparuissè, & familiariter cum eo egisse Sanctissimam Dei Matrem, cuius præcipuo studio semper clientem se, & famulum præbuit, & quotidie psalmodiam in eius laudem solennem Sacerdotali adiecit: apparebat eadem benignitate Christus Dominus. Conspectus est ipse aliquoties inter orandum diuino splendore totus vultu refulgens. Ioseph Quadrius Sacerdos pius, & grauis de Societate carus Roderico discipulus, inuenit aliquando eum in suo conclauis paruum Christi Crucifixi signum manu tenentem abiectum in genua, ore ad pedes Domini hiante, fluentibus lacrymis, ardentibus genis, cætero vultu supra niuem candido, adeo abstractum à sensibus, ut nec vocatus, nec tractus quicquam sentiret. Postque longam horam vbi ad se se redijt, interroganti Quadrio, quid illud fuisset? ingenue respondit, in æterna vita se se dicturum: non enim quæ ibi euenerant expromi ante posse. Idem sacrificans visus est, dum Sacrosanciam Hostiam attollit, Angelis duobus circumdatus, illi brachia alleuantibus. Alij quidam supra eius caput lumen insolitum, claram quasi faciem videre: alij sua-

suauissimum odorem sentire; ex manibus, ac vestibus viri Dei fragrantem, cum tamen odoratas ille res summe refugeret. Inter hæc, & alia huius generis diuinæ indulgentiæ pignora, suis illis exercebatur doloribus, qui cum maxime defaurent, palam profitebatur eos malle se, quam aut Angelum, aut Archangelum, aut etiam Seraphim esse; quoniam Dominum suum Christum IESVM, quod illis negatum esset, imitari daretur. Denique cum sacrum fecisset, sublatus ab Altari est præ dolorum acerbitate inter angores mortis, in quibus cum quatrimum mentis compos perseverasset, cum certissima fiducia vitæ æternæ, de qua se Iosepho Quadrio certum esse confirmavit, magno suo, & adstantium gaudio post Sacramenta omnia, Professorum in domo emigravit XVI. Kalendas Maias. Quæ nocte est mortuus, magnæ virtutis homo in precibus excubans, videre, sibi visus est animam eius magno stipante Angelorum Choro in Cælum euntem. Eadem nocte sub auroram alter Dei seruus, qui nesciebat adeo grauius Rodericum ægrotare, vidisse se retulit cælum ab occidentis regione pandi, multoque ea de Societate Patres versus terram exire: audiuisseque cum nescio quis quæreret, quid ita cælum aperiretur? respondentes, ad excipiendum Sacerdotem de Societate, qui eo tempore expiraret. Ac tantam statim suauitatem visus est sibi odoris haurire, vt etiam postquam euigilasset, diu tanquam ebrius suauitate illa ferretur. Vt cognitus est Patris excessus cœpit populus ad corpus confestim concurrere: Itaque habendum in custodia fuit. Sub tempus exequiarum prohiberi turba non potuit. Concurrit (vti tum scripsit Prouincialis Agidius Consaluius) infinita vis populi, cum lacrymis, ac pietate ad applicanda rosaria, ad flores iniiciendos, ad aliquid reliquiarum rapiendum, vt vix relictum sit, quo tegeretur, atque ægre potuerit, vt tumulto conderetur, subduci. Mirabilia de eo narrat Historia Bœtica, ex quibus gustum hic dabo. Homini suam calamitatem miserabiliter exponenti, quod vrgentibus creditoribus soluendo non esset, suum dedisse Pater sudariolum dicitur, cumque nihil vnquam pecuniæ habuisset, in eo tamen debitor tantum reperisse aris quantum dissoluendo nomini satis foret, ac pro miraculo rem celebrasse. Alteri item suis precibus tantum restituisse argenti quantum futes eriperant. Alij mentis oppresso angustijs opem petenti: Adi, inquit, nomine meo Desparam, ac precare, vt hæc te molestia eximat, cumque ille paruisset, antequam surgeret & precibus tranquillitatem recuperauit. Exponebat alio tempore suum angorem quidam scholasticorum de salute æterna desperabundus, cui Pater: abijciamus nos in preces: nam videor mihi in animo contraria omnia, ac tu sentis, sentire, te vtique saluum fore. Vix salutationem Angelicam pronuntiarant, cum tantum è cælo lætitiæ animo iuuenis infusum est, vt capere totum haud posset: ex eoque tempore perseverauit magna cum fiducia, & tranquillitate conscientiæ. Procacem fœminam, quæ domestico Sacerdoti crearat infamiam, paucis verbis ita coarguit, increpauitque, vt illa admirans primo vnde tam sua conscientia illi pateret: deinde fraudem confessa, se erimine, Sacerdotem infamia liberarit. Virum nobilem maximeque deditum pijs operibus deprehendit à Dæmone illusum, & quanquam haud sine magno negotio, tandem sanauit. Multas etiam fœminas per vana pietatis ludibria circumuentas, satanicis liberauit prestigijs, quarum nonnullis dicebatur linguarum ignearum figura Spiritus Sanctus illapsus. Vnam autem, infantis specie Dæmon apprensus, eo paulatim deduxerat, vt ne sacris quidem diebus ad diuinam sacrificium accederet: cum diceret non esse cur in templo quæreset, quem apud se haberet. At Rodericus edocuit, Beatam Virginem, quamuis presentem haberet Christum Dominum suum filium, non tamen intermississe quin ex legis præscripto Hierosolymitanum templum ascenderet. Nec tacitus tulit Dæmon ob hæc & talia suum aduersus Dei seruam odium. Sæpe conatus est in eum irruere, sæpe

124
Dolores summo in pretio habet.

125
Mors eius Sancta.

126
Populi concursus ad eius exequias.

127
Beneficia eius in proximos mira.

128
Mali Dæmonis odium in eum.

IN TORRELLA
D. N. S. IV
PARISIIS
TORRELLA

pe testatus infestum sibi, & perniciosum semper fuisse. Percunctanti ho-
mini qui magna cum pecunia redierat ab Indijs, num iterum eo nauigari
expediret? Rodericus plane negavit expedire: qui cum potius cupiditate
sua, quam Patris consilio paruisset; primum spoliatus est à Piratis, ubi
facultatum dimidium amisit: Deinde tentato rursus itinere, facto nau-
fragio, alterum, quod restabat dimidium perdidit. Tum demum recede-
tus consilium Patris, ad conseruandam, quod reliquum erat, patientiam,
eo usus est. Singularia autem dona, quæ à Deo recipiebat, ita habebat
abditata, vt quantum quidem in ipso foret, etiam uouisset nunquam
mortalium cupiam aperire. Sed à Prouinciali Iacobo Acofta, & solutus
Voto est, & certis magnæ virtutis, prudentiaque uiris ad maiorem Dei
gloriam iussus exponere.

129
Voto de oc-
cultandis
Dei donis
soluitur.

Inter hæc non omiffi pro publica utilitate consueti labores: nec sua
caruere gratia; non modo rudem apud populum in obitibus per agros, & op-
pida excursionibus, sed in nobilissimis quoque urbibus. Quin etiam Salma-
tica, atque Compluti cum inter Scholasticos maxime solerent feruere, iac-
torique in nos aduersi sermones, multi tamen, ijque præclaris instructi nature donis
Societatem petebant. Ciuitas Hispalensis eodem tempore Societati Gym-
nasium publico sumptu decreuit extruere, communi omnium Iuratorum in-
fratigio: inter quos eminuit studium Melchioris Alcazarij, cui & à Ci-
uitate ædificationis procuratio demandata. Eodem tempore in eadem re-
be magno Ciuium studio cœpta ædificari Professorum Sedes: neque parua
pro impetrandis Collegijs decertabant, maxime Oropesanus Comes, & le-
ctissima femina Marchio Camarassæ, & Comes S. Agathæ: illa Caciortans
hæc suum in Oppidum S. Agathæ perstudiose accercentes. Comes quoque
Montis regij totus erat in eo, vt Montis Regij Collegium ad Gymnasium
vniuersale amplificaret. Cum Rex hoc anno magnam instrueret classem,
septem in eam de Societate missi, quinque Sacerdotes, duo Laici, quorum
insequenti anno exitus referetur.

130
Domus Pro-
fessæ Hispa-
lensis intra.

Templo Domus Olyssipponensis donum insignis fecit Ioannes Borgia,
filius Francisco parente dignus; multas, ac nobiles, easque in primis cer-
tas Sanctorum reliquias dedit. E Lusitania undecim cum Marcello Belar-
te Prouinciali designato profecti, secunda quinquaginta dierum nauigatio-
ne in Brasiliam peruecti Pernambuco appulerunt, dum maxime in-
stitutum haberet Anglicana Classis, Draco Præfecto, totum Oceanum. Institutum
Olyssipponæ, præcipue Fonseca. Domus Professæ Præposito autore, Coeno-
bium conuersarum muliercularum, & quæ id curaret Sodalitas, in qua
Regni Gubernator Cardinalis Albertus nomen cum multis à Nobilitate
dedit. Florebat per hæc tempora Pietas Ignatij Martinij, maximeque
explicabatur per omne genus hominum ex eius ardenti caritate utilitas.
Totus erat in Catechismo tradendo; coetibusque, & agminibus ad piete-
tem habendis. Conueniebant sanctum ad opus plus triginta Ludimagistri,
Cantores amplius quinquaginta, diuisis quatuor in choros puerorum agmine-
bus, & manciorum, interiecti. Centum uiri ex diuersis Nationibus prin-
cipes, quorum imperio ex quinque Nationibus conueniebant Ethiopes
Indi, aliaque mancipia. Sequebatur supplicantes magna vis populi, ple-
rumque ad compita concurrebant, & ad fenestras uisendi studio effunde-
bantur. Præcipua spectaculi pars ipse Ignatius erat, ætate iam, & literis
sed multo magis probitate uenerandus, agmen agens etiam ipse cantu-
lans. Vbi ventum erat in templum, ad omnes grauem concionem
habebat, deinde pergebat in magno Ciuium Comitatu ad Notoco-
mia, vel carcerem, & ex collecta stipe afferebat leuamenta corporibus.
Hæc sacris cum faceret diebus; inter hebdomadam in æde cui à Misere-
cordia nomen, erudiebat mendicos, qui facile mille numero confluxant.
Aulo die ad promiscuam turbam Calonum, ac Bainulorum in portu, sero-
que

131
Prouincialis
cum unde-
cim in Bra-
siliam felici-
ter nauigat.

132
Coenobium
Conuersarum
Olyssipponæ
à Fonseca in-
stitutum.

133
Ignatij Mar-
tinij opera
præclara.

que ternis saepe millibus audientibus verba faciebat : Alio die in Triremibus , vel in custodijs , & huc ferens magna subsidia praesertim ad agrotos solandos : postque exhortationem multi Ciuium comites aquam vincis portabant , magno & victorum adiumento , ac ceterorum exemplo . Multa , ac salutare obita ab Conimbricensibus Socijs , atque Eborensibus excursionones , egregia nauata opera semestri à duobus Sacerdotibus Igeditano Episcopo cum Diocesium primum lustraret . Obita semel , atque iterum . Diocesis Visensis , vbi cum Episcopo indiculum Sacerdoti nostro dedisset inter se se dissidentium , omnes ad vnum ad Christianam caritatem reducti . Lustrata , & Algarbiorum Prouincia . Bini item ad Pacem Iuliam , & ad Dichium agrum profecti .

Menfis Maius huius Anni legatos Iaponios ex Europà reduces saluos , atque incolumes , etsi bis eo itinere extreme periclitatos , Goæ reddidit , gratulatione vrbis eius magnâ , non solum ob dulcem ex tanto locorum , & temporum spatio conspectum carorum , & commendabilium , tum priuato merito , tum publicâ causâ capitum , verum etiam , quod duorum praecedentium annorum funesta morbis , & naufragijs nauigationes hunc innoxium , & primum ex longo interuallo felicem Vlyssipone in Indiam transitum latiorum in vulgus auspicioremque faciebant . Societas praesertim , quæ annis hisce duobus nouem è nostris partim morbo , partim naufragio , eodem isto è Lusitanâ traicctu perdidit , praeterquam opportunum domesticarum cladum solatium in iucundissimo talium hospitem complexu capiebat , etiam auxilium tam necessarium tempore expectatorum ex Europà feliciores cursus , ex hoc velut quodam spei pignore in posterum interpretans , augurabatur . Augebant lætiam ipsi Iuuenes , ea de Româ ; deque Europà prædicantes , quæ facile demonstrarent , referre ipsos ex hac peregrinatione fructum illum confirmationis in persuasione Christianæ veritatis , & æstimatione nostræ Sanctissimæ Religionis , quem omnino istius consilij autores sibi proposuissent , dum istam primum legationem Iaponijs Regibus suaserant . Annona per Indicas has partes iam anno superiori fieri cepta grauior , hoc demum vehementius incensa , excitauit benignitatem , cum aliorum , priuatis copijs ex præscripto Religionis vntentium , tum Proregis praesertim ipsius , cuius largitionibus magnus plebis inopis numerus ab extremâ pernicie seruatus est . Adiecit fidem Euangelizantium verbis huius palam extantis pulchritudo exempli , sic vt plures , quam antea , etiam è Brachmanibus , manus Christo , & nomina dederint , vel potius ipsi acceperint , baptismis solemnis plurimis , festâ pompâ , & splendida solemnitate celebratis . Quorum vno adscriptus Christianorum albo nobilissimus Adolescens è stirpe Regum Balagata , & Ioannes Menesius à Prorege in baptismo vocatus , subinde magno illustrium equitum comitatu deductus est in Collegium nostrum , vbi ei , & Legatis simul Iaponijs tempestiuum erat epulum paratum . Salutare multorum animis consilium fuit , quod vnus è nostris Proregi suggessit . Inopiâ , vt dixi , per familias grassante , Parentum non pauci eò miseræ deueniebant , vt proprios liberos venum offerrent . Eos si Ethnici , aut Saraceni emerent , actum erat de aternâ salute miserorum . Rogatu ergo Patris edixit Prorex : nemini ius esset nisi Christiano liberos è parentibus emere . Alibi per Indiam vbi stationes Societatis sunt res Christiana à nostris strenuè curata . Aliò Euangelij præcones , quam multi passim missi , argumento sit Collegium Goanum , è quo solo in varias Apostolicas expeditiones profecti hoc anno tredecim sunt .

In Iaponiâ annus insignibus alioquin Ecclesiæ illius cladibus funestus , principium habuit fortunatum , conuersione , ac baptismo noui Regis Bungi . Cum essent in eo regno res non Ecclesiasticæ magis , quam politicae funditus perditæ , vt superiore annali demonstratum est , vtrisque auxilium opportunum adfuit . Cambacundonus offensus Saxumani contumaciâ , &

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

X x

anti-

134
Missiones
per Lusitaniam
vales.

135
Legatorum
Iaponiorum
reditus in
Indiam.

136
Infelices
duorum præ
cedentium
annorum nau
igationes.

137
Proregis In
diæ liberali
tas in graui
Annona .

138
Baptismi ce
lebres Bra
chmanum
conuersioni
rum .

139
Et Iuuenis è
stirpe regia .

140
Proregis edi
ctum saluta
re animabus
mancipio
rum .

141
Tredecim è
Goano Col
legio in Apo
stolicas expe
ditiones mis
si .

142
Conuersioni
rerum in Re
gno Bungi

143
Exercitus
Cambacundon, contra
Saxumanum
missus.

144
Dux eius
Condera
Christianus
Bungi Re-
gem obiur-
gat.

145
Et auxilium
negat nisi
Christi fi-
dem ample-
ctatur.

146
Id ille pro-
mittit.

147
Rex Bungi
senior duos
e Socijs ad
filium bap-
tizandum mit-
tit.

148
Rex Bungi
Iunior cum
uxore, ac li-
beris bap-
tizatus.

149
Regis Senio-
ris gaudium,
& gratula-
tio.

150
Nacazucasa
cum suis Sa-
xumanis vi-
ctus, & fuga-
tus.

151
Bartholo-
maus Prin-
ceps Omuræ
Medici ope-
ram metu
praestigiarum
in morbo re-
cusat.

152
Eius moritu-
ri oratio ad
filios.

antiquam suam designationem sequens vniuersa Iaponia sub suum vniuersi
arbitrium redigenda, exercitum septuaginta millium in eas partes misit.
His copijs specie tenus Camidonum minorem fratrem praefecerat, ita vt
penes eum tantum esset nomen, & titulus Imperij, vis, & vius in Simo-
ne Condera resideret. Vir hic erat in paucis strenuus, adeoque studiu-
sus Religionis, vt in ambiguo relinqueret, fortiori habendus esset an-
teior. Ad hunc moestus, ac suppliciter amisso Regno Bungenis veniens, opem
afflictis rebus implorabat. Tum Condera tempus nactus castigandae open-
tatis in degeneri Principe: Te iusta, inquit, irati merito numinis exe-
cent poena, qui legem Christi cognitam spreueris, qui a Domestico
exemplis tantum defeceris, vt ex sperato protectore, hostem, ac perle-
ctorem Ecclesia te senserit. Atqui sic habe: nihil ex me commodi speran-
dum tibi esse, nisi prius in gratiam cum Deo redieris. Ad ea Bungenis
sive veram libero monitu poenitentiam concepit, siue temporis causa simu-
lare voluit, agnoscere se dixit errorem suum, nec moram velle facere
Christiana veritatis amplectenda. Impertijt tam fausto Nuncio Condera
subito Franciscum Regem, qui in suo secessu religionis officijs se totum
mancipans, multo minus spoliatione Filij, quam obstinatione dolerat.
Is eius mutatione comperta, laetus statim & gratulans, Petrum Gomezum
Sacerdotem nostrum, & eius Socium Iaponem, quos solatij causa secum
habebat, ad filium Christianam primum Doctrinam imbuendum, deinde
baptizandum misit. Satis iam ferè antea Christiana capita Doctrina he-
nior Rex Bungi cognouerat. Itaque cum obediendi fidei voluntas, qua
hactenus sola defuerat, abundè nunc adesse videretur, non longi tempo-
ris institutio fuit. Quinto Kal. Maias in arce Cicacata Regni Bungenis so-
lemni ceremoniam baptizatus Rex est cum uxore, ac filio, duabusque fi-
liabus. Ipsi Constantino nomen inditum, Regina Iusta est vocata. Primo-
genito Fulgentius, duabus illius Sororibus Sabina, & Maxima nomina
fuerunt. Post hos multi è primâ nobilitate, Bonzj item aliquot illustri-
res lacris ritè aquis abluuntur. Latissima hæc celebritas fuit Christianis
Bungenibus omni modo belli clade vexatis. Latè quoque per Ximura
Vniuersum, & confines vndique vicinorum regnorum Ecclesias peragata
gratulatio est. Antè omnes Franciscus Rex Senior cum ad eum Simonem
Condera Christianum iam Filium adduxit, eum fructum perferentem in
gandij, cui satis significando ne ipse tum quidem verba inuenit. Petrus
dulcibus lacrymis, Filium, & Nurum, paruosque nepotes Christiani
iam nominibus appellans, post patrios amplexus, & plusquam paterna ci-
ritatis oscula, Calum sublatis intuens manibus, cyneum usurpauit Simo-
nis carmen; omenque mox sancijt emeriti senis representata felix Mis-
sio, de qua post agemus. Nusquam maturius expiatis culpæ poenæ cele-
bratio respondit. Statim in exitiali Bungenibus bello conuersa est fortuna
partium. Victor Saxumanus veniens contra se Simonem Condera cum
iam Christo renato Bungi Rege, ne primum quidem aspectum sustinuit.
Victus vicissim, & pulsus vndique Nacazucasa, qui se Regem Bungi so-
lemni ritu inaugurandum curauerat, in lucro posuit, quod reliquias cladis
paruas viuis reportare domum posset. Inter horum gaudia successuum
sexto iam mensem languens Bartholomæus Princeps Omuræ, vnus ex illis
qui legatos Romam miserant, ad vitæ metas accessit. In eo morbo
cum alia vir laudatissimus omnium virtutum documenta edidit, tum il-
lud egregium, quod vulgò laudatam, & oblatam ipsi vltro præstantis
Medici recusauit operam, eo solo metu, ne is homo Idololatra præstigijs
aliquas, vt in Iaponia tales solent, remedijs admisceret. Vbi se ad-
motum extremis sensit, Sancium Primogenitum cum cæteris liberis, ac-
citos, his supremum verbum affatus est: *Quartus, & vicesimus hic an-
nus agitur, ex quo à Patre Cosmo Turriano Christi fidem, & baptismum*

accepi. Christianum in meis terris nullum reperi cum inirem principatum, nunc in ijs nullum, quod sciam, Ethnicum relinquo. Egi, moui, conatus, & passus multa sum, ut id consequerer. Sed obrepit fortasse Satageni negligentia, qua me vereri cogit: ne culpa mea, & minus rectis exemplis effectum sit, ut non omnes mei subditi, quam nomine profitentur Christianam Sanctitatem aequè moribus teneant. Tuum erit Sancti filiorum maxime, cui animam hereditatem moriens transmittis, emendare, quod à me peccatum est. Sorores tuas caue cuiquam collocaueris nisi Christiano, & qui suos mores Ecclesia probarit. Tu Line minor fili, vosque filia, fratrem vestrum maiorem mei loco veremini. Matrem verò vestram omnes eò impensissè honorate, ac curate, quò solatio meo destituta, reliquam omnem in caritate vestra, atque obsequijs spem senectutis constitutam habet suæ. Patres Societatis adhibete semper ad omnia consilia vestrarum rerum, eorumque singulis, ut mihi obtemperate. Animam meam, ubi soluta erit hoc Exagastulo, precibus, sacrificijs, elemosynis, ceterisque id genus piaculis, quæ vestra vobis pietas suggeret, presequimini; cadaver magna pompa efferre ne curetis. Hæc ultima Patris vestri mandata sunt: sub quæ precor Christum IESVM Communem Dominum, ut vos omnes suis Donis in vita cumulatos, mihi post hæc exilium felices listat. His dictis flentes flens dimisit, addito præcepto ne ad se amplius redirent: paucas enim quæ superessent horas, velle se sine interpellatione vllâ, cum Deo transigere. Post hæc in colloquia suauissima cum Christo, cuius effigiem in Cruce morientis præ se habebat, totum se impendit. Aderant morienti tres è nostris, Lucena Sacerdos, Franciscus, & Fernandez Clerici Iaponij; ab his inunctus Sacro Oleo cum sensim deficeret, accessit nobilis ex Aulicis, qui, recepto in Iaponiâ more, animam agenti Principi in aurem infusuraret, equid haberet noui mandati, quod ad Sancium, & Linum, filios perferri cuperet. Hic aperiens bonus senex natantes in morte oculos, & intempestiuum monitorem seuerè intuitus: Sancium, inquit, & Linum, quæ narras nomina? non dixi vobis audire me aliud deinceps nolle nisi IESVM, & MARIAM? & his dictis ingeminare sacra, illa nomina perrexit, quoad paulò post nono Kalendas Iunias felicem, Christo animam reddidit. In exequijs eatenus obsecundatum votis defuncti; vt corpus eius, quod Iaponici moris est, & ipse nominatim venterat, à mulieribus lauandi causâ non contrectaretur. Sic enim honestatis curam, quam in vitâ præcipuam habuerat, etiam vltra mortem extendere voluit. In ceterâ magnificentia funeris Christiano ritu conspicui, solatij superstitum, quam modestiæ morientis maior habenda ratio visa est. Sanè qui honor per religionis Christianæ sacros ritus haberi maximus mortuis potest, ei præcipuè debebatur, qui primus inter Iaponiæ Principes, peregrina tunc, & nouitatis inuidiâ laborantia Christianorum Sacra suscipere, ac profiteri ausus, pro ijs deinde tuendis, ac propagandis, famam, fortunas, vitam ipsam, pacifici, ac projicere in apertum discrimen numquam recusauerit, aut dubitauerit. Qui generosæ alacritati cognita veritatis amplectendæ, heroicam in eadem obtinendâ defendendâque constantiam adiiciens, ita omnem è suâ ditionis terris Idololatriam exterminauit, vt multa, quæ prius ibi erant Bonziorum Cœnobio, multa Camium, & Fotoquiorum fana, & delubra ferro flammæque deleuerit, ne tenuibus quidem vsquam auita superstitionis reliquijs, aut vestigijs relictis: septuaginta verò millia hominum, qui ferè subiectorum eius Imperio numerus erat, varijs artibus ad baptismum attraxerit: ac ne vllam in professione nouæ religionis ex vsu commercioque tenacium adhuc veteris erroris, offensionem molestiamque paterentur, inexorabili seueritate sanxerit, ne vsquam intra fines regionis sibi subdita, cuiquam omninò non amplexo Christi fidem Domicilij ius esset.

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

X x 2

Has

153

Piæ occupationes morientis.

154

Memorable eius responsum ad aulicum humanam morienti suggerentem

155

Mors eius, & exequiæ.

156

Ingentia eius merita in Ecclesiam

157
Generositas
eius aduer-
sus hostes
Religionis.

158
Diuini in-
eum fauoris
indicia mira

159
Cambacun-
donus vitro
beneuolen-
tiam suam in
nostros de-
clarat.

160
P. Visepro-
uinciale m.
honorificè
accipit.

161
In eius gra-
tiam multis
ad mortem
damnatis
parcit.

Has res tantas per se arduas longe illi difficilioreſ obſtantium multitudine potentiaque faciebat. Reuocationem eius ad ſuperſtitiones auitas Reges potentiffimi cum fruſtra tentaffent, inſidijs eum, & vi aperta perdere ſunt conati: Pater eius ipſe vehementiffime illum pertinaciffimeque oppugnavit. Rebellantes eodem prætextu ſubditos paſſus ſuos eſt. Iacturam bonorum, & principatus ſaluâ ſemper fide, conſtantiaque pertulit; multitudinè inſenſiffimorum hoſtium circumuentus, & inſeſtis vndique micribus petitus, ſemper intrepidus, ſemper in ſtudio Chriſti colendi ac dentiffimus perſiſtit; ſemper eius cuius cauſam defendebat auxilio victor, & voti compos euafit. Fuit cum repente apparente militantium ipſi Angelorum equitatu ſplendidiffimè armato, aduerſarios funderet. Fuit cum eius rebelles, & ſæuiſſimi perſecutores, Dei pro eo pugnantis manifeſtâ vi, caſibus ſtatim miris extinguerentur. Ingemuerat audita captiuitate filiorum trium: eos mox è manu Rioſogi crudeliſſimi, maximeque impij Tyranni mirabiliter ereptos gratulatus eſt. Lethali aliquando conclamatus morbo, hauſtu aquæ luſtralis, quam ſolam medicinam operatus momento conuuluit. Numquam finis ſit ſi huius vere Chriſtiani Principis officia in Deum; ſi Dei viciffim in eum beneficia enumerare omnia pergamus: ſufficiat in hæc verba locum hunc claudere: lumen ingens, columnæ firmum Eccleſiæ Iaponicæ, ac præterea ſpecimen illuſtre antiquæ Chriſtianiſmi Sanctitatis, Bartholomæi Principis Omuræ luſtuofâ morte concidiſe. Solatio non paruo Chriſtianiſ in tantâ iactura fuere noua per id tempus viſa experimento fauoris Cambacundoni erga Chriſti Religionem. Is interim, quas præmiſerat in Ximum, vt diximus, Duce Conderacopias, ſuccinctus exercitibus alijs duobus, terreſtri, & nauali conſectus eodem eſt. Exceſſit in portu Ximonocuqueni Amangucciani Regni, vbi ſtipatus, vt ſolebat, lectiſſimâ cohorte Chriſtianorum Procerum, qui primas tum honoris, gratiæque obtinebant apud eum, & auditis ijs, quæ de Bungenſis Regni clade per Saxumanum illatâ ferebantur, & inter hæc commemoratâ fugâ noſtrorum Patrum in Amanguccianum Regnum, mileratione affici viſus, etiam de P. Coëllio Vice-Provinciali beneuole vbi locorum eſſet, quiduc ageret, percontatus eſt. Obſeruarunt hanc Regis vocem Iuſtus Vcondonus Terreſtrium copiarum Dux Summus, Auguſtinus Claſſi Præfectus, aliique Chriſtiani Principes, & non vno nuncio P. Coëllio indicarunt. Is fiducia inde ſumptâ Fingum ſe contulit, quo progreſſum Imperatorem intellexerat, amiciffimeque exceptus ab eo eſt. Aduentum P. Viceprovincialis in id opportune momentum incidit, quo arx eius loci primaria, acrem aliquandiu oppugnationem paſſa, deditioem malo coacta acciebat. Cambacundonus iratus Præſidiarijs, quòd ſine ſpe, ac ſupra vires obſtinatâ pertinaciâ, curſum victoriæ morati eſſent, interfici cunctos iuſſerat, idque eo vultu, ac vocis ſono, quibus irreuocabile decretum ſignificari, qui mores eius norant compertum habebant. Tamen illa miſerabilis multitudo eduſta ex arce, & in momenta ſingula necem expeſtans, P. Coëllium rogabat, vt ſui miſereretur, neu graue haberet eius gratiæ, quâ valere ipſum apud regem plurimâ, modo tam familiaris eius admiſſio declaraffet, vſum commodare ipſis exiguum, quanto dumtaxat opus eſſet ad impetrandam tot infelicibus ſaltem dilationem exitij ſupremi. Cunctabatur ad ea Pater, quòd eum paſſim Chriſtiani aulici monebant, & irritas, & ingratas Cambacundono futuras eius de re tali preces. Tamen ad extremum religioni ducens deſpicere tam multos in vltimo periculo ſupplices, ſine vilo adiuuandi conatu, experiri ſi quid poſſet in quemcumque demum euentum decreuit. Adit Cambacundonum, cuiſam damnatorum agit, clementiam implorat. Magna erat adſtantium expectatio. Cum exporrigens Imperator frontem, & benignis oculis Patrem intuens; Remitto, inquit, noxam mori meritis in gratiam ruli. Hoc

Hoc ad eò tu ipsis significari cura; ut sciant, cui vitam debeant. Sub hæc Saxumanus serò sentiens, quam impar Cambacundoni armis esset, ad victoris pedes venerabundus prouolutus, sui suarumque rerum dedicationem fecit. Adfuerunt vnà reliqui omnes Ximi Principes nouo Imperio submissuri fasces: non illi quidem libenter, sed cincti vndique tenebantur. Et eo animo astutissimus, & ambitiosissimus Princeps tam formidabilem terra, marique potentiam ipsis ostentarat, ut iugum quantumlibet inuitis suum imponeret: peritè, ac politicè vsus dissensionibus Saxumani, & Bungenfis, in pretextum expeditionis, quã vel ferens se arbitrum inter inuicem infensos, vel imbecilliori suppetias veniens, plausiblem obtentu, & ambos ipsos, & finitimos ipsis alios Reges Ximi septem sibi obnoxios, & clientelari nexu deuinctos ex suo deinceps nutu, arbitrioque pendere cogeret. Nec iam dissimulauit amplius, aut ambiguam deinceps Ximi Regulis conditionem suam, sibi potestatem supremam, restare passus est. Palam edixit, nemine quidquam contra mutire auso, nouam se sortitionem Ximi Regnorum initurum, quã ea, quibus vellet pro libito distribueret. Acerba vox cunctis. Plerique, quod vnum fortuna ipsis reliquum fecerat, vota concipiebant secum taciti, seruilique adulatione asstantes Domino, precariam saltem ab eo hereditarium iurium eblandiri vsuram conabantur. Promulgatur tandem in summã expectatione omnium decretum Imperatoris, quo Saxumanus Belli Autor excedere suis terris, & in comitatu Cambacundoni deinceps apparere iussus est. Sed filio eius in solatium Regna Bonzumi, & Sucumæ, antiquum Domus eius patrimonium, relicta. Rex Sanoqui Idololatra, quem Regi Bungi opem ferre iussum non eã fide, ac diligentia, qua opus fuerat in negotio versatum, Cambacundonus non sine causã criminabatur, terris suis omnibus multatus, vix capitis periculum effugit. Aquecuquius item Idolorum cultor, Cicugensi Regno exutus est. Simoni Conderæ magna pars Regni Bugiensis. Augustino Classis præfecto, dimidium Fingensis attributa. Patruo Amanguciani Regis pro Igiensi Regno, quod sibi Cambacundonus retinuit, Cicugensè, & Cicunganum Regna donata. In Protasij Arimani Regis, & Bartholomæi Omurani principatibus nihil mutatum, Bungense antiquo Domino Constantino integrum redditum. Francisco Bungi Regi seniori, quem maximi faciebat Cambacundonus, sui fauoris, amorisque præfens pignus Fingensè Regnum esse voluit, quod illi extra sortem excepit. Verùm eo audito bonus Senex, pertasus terrestrium Regnorum, & celestibus inhians prolixis gratis actis donum recusauit. Quare id Regnum in Bartholomæum, & Hieronymum eidem Regi Francisco proximã cognatione iunctos diuisum est, particula tantum eius modicã exceptã, quã Aquecuquium Idolorum cultorem Cicugensi Regno expulsum asperxit. Denique cunctis Ximi regnis Vicarius Imperatoriæ potestatis, & supremus Moderator Augustinus impositus. His Cambacundonus in hunc modum constitutus Facatam se contulit, eam Urbem bellorum cladibus attritam, quod opportunam commercijs videbat, restituendam, frequentandamque curaturus. Eò illum ViceProuincialis Coëllius conuenit, Facatensis nostræ Societatis Residentiæ restitutionem petiturus, quam statim impetrauit, lætissimo Cambacundono, & consuetã benignitate interrogante; ecquid animaduertisset, quanta ratio Christianorum, esset à se habita in partitione Regnorum Ximi? Egit gratias Pater, quam maximas potuit; in sinu gaudens tam vtili Ecclesiasticis rebus tam potentis Imperatoris fauore, cuius illud, mox in acerbum odium mutandi, penè vltimum experimentum esse nesciebat. Sed funestissimam istam Christianæ rei mutationem Cambacundoni, præcessit mors Francisci Regis, alterius illarum Ecclesiarum columnæ, post nuper, ut dictum est, amissum, Omuræ Dominum. Egressus is fuerat è suã Sucumiensî solitudine necessa-

162
Saxumanus
Cambacundono
deditionem
facit.

163
Cambacundonus
Ximi
vniuersum
sibi subiecit.

164
Regna eius
noua
sortitione
pro libito
distribuit.

165
In ea
Christianis
optimè
consult.

166
Franciscus
Bungi Rex
Fingensè
Regnum
oblatum
recusat.

167
Facatensis
Residentiæ
restitutio
impetrata.

168
Fauor
Imperatoris
in
rem
Christianam.

169
Morbis Fræ
cici Regis
Bungi.

cessario officio salutandi Cambacundoni, & eo perfunctus in Vluquendi
arce tentari capit populari morbo per Bungeniè Regnum tum grassante,
quo multa hominum millia belli malis elapia perierunt. Paucis tamen
post diebus commodior eius valetudo fieri visa est, quare is studio Re-
ligionis tranquillius vsurpanda, ad suam Thebaidem non plus nouem mil-
liaribus distantem, referri quam primum voluit, idque, qui cum cura
bant citra periculum fieri posse crediderunt. Sed sua illos fiducia fete-
lit: siue enim agitatione viæ quassatum corpusculum in languorem vite
vix emergerat recidit; siue, quod in pestilentibus morbis solet, habitu
illa melior, sopor quidam fuerat necdum expulsi, sed viscera tunc
cum maximè obsidentis mali; simul Sucumam ventum est flagrantissimo
lethalis febris æstu senile corpus exardescens, non plus triduo fugitum
retinere animam potuit, quæ inter religiosissimos sensus, & dulcissimos
affectus postridie idus Iunij transiit ad Christum: quem quantum ama-
ret nullâ quidem vitæ parte, ex quo baptismum suscepit, dissimulauerat,
verum vltimis hisce mensibus, & præsertim extremo triduo fatalis mor-
bi, manifestissimis indicijs ostendit. A Patre Lagunâ Sacerdote nostro,
quem indiuiduum secessus sui delegerat comitem, supremis Sacramen-
torum præsidijs munitus, cum eo nihil nisi de rebus cælestibus age-
bat: sic funditus oblitus humanarum curarum, quasi semper in solitudi-
ne vixisset. Zelus eius Apostolicus in procurandis incrementis Regni Dei
satis ex superioribus annalibus intelligitur. Vnum addam minus in his
distinctè perscriptum. Quo primum tempore adulto filio Regnorum admi-
nistrationem reliquit, Sucumam Regiunculam secretam priuatam sibi pec-
ulium excepit. Erat ea nidulus Iaponicæ superstitionis in ijs partibus.

170
Eiusdem obi-
tus.

Multa ibi, & cæcæ Gentilitati præcipuè venerabilia, Delubra Camum,
& Fotoquium visebantur, peregrinationibus etiam superstitionis appropin-
quata. Iam Cœnobia Bonziorum otiosus in solitudine prophanos
suos ritus exercentium, ingenti numero, & multitudine florebat, quibus
loei accolæ in auitorum errorum dementiori credulitate tenebantur. His
rebus erat factum, vt Rege Francisco Regni habenas moderante, cum per
cæteras Bungi oras claris quotidie profectibus Religio Christi augetetur,
in istam velut munitiorem Impietatis arcem signa inferre haud quaquam
sineretur. Donec eò cum manipulo Euangelicorum Ministrorum seceden-
te Francisco, statim iussu eius eieciti Bonzij, fana excisa, comminuta,
ac variè absumpta falsorum Deorum effigies, cuncta denique veteris su-
perstitionis vestigia delera. Afferuabantur mirâ veneratione Xacæ anti-
quissima volumina, in præcipuo è Cœnobijs illius oræ literis aureis scri-
pta magnificè, nec minore ibidem curâ nouemdecim Discipulorum eun-
dem Xacæ, Religionum Iaponicarum famosissimi Autoris, velut in angu-
stissimo Sacratio expressa, vt ferebatur, ad viuum, totidem imagines ha-
bebantur. Ea Bonzij faceffere illinc iussi, saltem vt asportare liceret, ma-
gno ambitu per se, ac per fautores potentes egerunt. Impetrarunt etiam
à nouo Rege Bungi nondum Christiano, vt preces pro eo suas apud Pa-
trem interponeret, causatus periculum status, & fortunæ publicæ, si
Idololatræ, qui adhuc multi per Ximum regnabant, tam atrociter irru-
rentur. Verum furdus ad ea omnia pius Rex, in se suumque caput
inuidiam, & discrimen omne se se recipere respondit, fortique animo
in destinato perseuerans, prophanos codices, & phanaticas pseudoapo-
stolorum Xacæ flammis imagines absumpsit. Tum legis Euangelicæ præ-
conibus variè dimissis, & eorum partes ipse vsurpans in monendo, hor-
tandoque populo, duo millia hominum (quot in agro illo Sucumensi
aliquot dispersi pagis numerabantur) vt Christi fidem volentes amplecte-
rentur, & sacris aquis expiarentur effecit. His ille successibus, læ-
tabatur. Hæc triumphorum instar illi omnium erant, Nec alium
vixit.

171
Virtutes
eius.

172
Idololatria
è Sucumensi
Regione pul-
sa.

173
Xacæ volu-
mina combu-
sta.

174
Et discipulo-
rum imagi-
nes incensa.

175
Omnes Suc-
cumentes ad
Christi fidem
adducti.

Et discipulo-
rum imagi-
nes incensa.

victoriâ, si qua illi bellanti contingeret, fructum habebat dulciorem, quam extirpationem superstitionis è locis quæ subegerat. Vnicum eius in hoc genere zeli exemplum in specimen apponam. Cum bello Riosogum perlequeretur, non minus meliori fortunâ, quam causâ, forte montem quemdam occupavit, quem olim quasi Sinai, aut Sionem suum Idolatria Iaponica venerabatur. Visebatur in summo vertice templum vetus exquisitæ magnificentiæ, in quo aræ superstabat giganteum signum infanissimis ceremonijs, & quotidiano sacrificiorum apparatu superstitionissimè cultum. Incredibilis vndique peregrinantium concursus hospitij, quotidie frequentabat ter mille admodum Cœnobiaz Bonziorum variæ magnitudinis, & formæ, quæ, & iugum, & latera Montis eleganti procul specie insidentia Sacræ Ciuitatis augustum instar, & miserabili errore, amentibus populis aspectu primo adorabile præbebant. Hanc arcem, prophanæ vanitatis, ex quo in potestate Franciscus habuit, ne morâ quidem dieculæ vnius interpositâ, statim excidio irreparabili deleuit. Diffractus Colossus in minutissimas partes, ara euersa, templum à fundamentis solo reuulsus, ter mille Domicilia flammis absumpta, ac rudibus quidem, ac ruinâ vestigijs relictis. Vehemens ista declarant superstitionum impiarum odium, sed quo ardentius multo religionis studium in hoc viro fuisse, intelliget, qui reputaverit amorem boni, quo quis ad auersandum malum contrarium impellitur, illâ ipsâ mali fugâ, cuius causa est, valentior, & contentior passim agnoscitur. Neque id tamen subtilibus argumentis exquiri opus est, cum factis evidentibus pateat. Serius ille quidem, & iuxta parabolam Euangelicam, horâ vndecimâ, vitæ, ac regni parte extremâ, Christi Religionis professionem publicam sumpserat, quam totis annis septem, & viginti, ex quo primam à S. Francisco Xauerio eius informationem acceperat, admirari, & fouere contentus, amplecti, ac palam suscipere superfederat. Sed vbi tandem vincente naturalis excitatis tenebras caelesti gratiæ lumine fidem animo concepit, plane sic tanquam eò festinandum acrius sibi duceret, quo serius ceperat, incredibili ardore ad omnia exquisitissimæ religionis officia incubuit. Ergo annis octo, ac decem non totis mensibus, quibus baptisino superuixit, tot tantaque laudabiliter, ac præclare gessit, quæ facile vitam integram aliorum mediocri virtute contentorum commendationis merito vincerent, aut potius perfectissimorum quorumque decus amularentur, & exæquarent. Primum exorsus à puniendâ in se licentiâ vitæ superioris, homo senex, & valetudinarius asperrimè in corpus proprium seuire cepit, ieiunijs illud continuis, & quotidianis flagellationibus atterens, quas etiam interdum, vt exemplo prodesset quibus scandalo fuerat, palam cum cæteris Christianis in Ecclesiâ frequentabat. Laboriosas etiam Peregrinationes ad Cruces conspicuis in locis positas pedibus obibat, cum comite è nostris P. Ioanne Baptista Montio, partim pijs sermonibus, partim oratione, ambulationum longinquarum insuetam arumnam leuans. Vsu deinde Sacramentorum Confessionis, & Eucharistiæ pene quotidiano reficiebat, & confirmabat animum, vti & sancto, ac salubri exercitio fere nunquam intermissâ orationis. Rosarium integrum Beatæ Deiparæ quindecim Decadum quotidie demississimo habitu corporis, attentissimâ mente recitabat, tertiam quidem eius partem simul cum vniuersâ familiâ ad id statâ horâ congregatâ, reliquas duas ipse secum solus. Atque huius exercitationis fructum in se expertus, propagare in alios impense studebat, innumerabilem globulorum lincis insertotum ad hunc sacrum usum non solum per cuncta sua Regna copiam spargere, sed vsque Meacum ad Christianos ibi degentes missitare solitus. Meditationi quoque, ac contemplationi celestium rerum statâ quotidie, eaque longa dicabat tempora, postico ad id secreto è Regio Palatio in aedes nostrorum Patrum habitationi

176
Ter mille
Cœnobiaz
Bonziorum
cum vetusto
delubro de
structa.

177
Religionis
studium in
gens in Re-
ge Fran-
isco.

178
Ieiunia eius,
& flagella-
tiones.

179
Peregrina-
tiones eius-
dem.

180
Sacramen-
tum vsus, &
orationes.

181
Exercitiorum
Spiritualium
in eo fructus.

182
Patientia
eius in aduersis.

183
Ingens calamitas Francisci Regis Bungi.

184
Infiltrationes Idololatrarum.

185
Pii Regis constans religio, & fides.

186
Votum eius obediendi Deo, & Ministris eius.

187
Exequiæ eius.

tioni assignatas transiens. Sed cum asceticas S. Ignatii commentationes obiret, quod sæpe magno suo fructu faciebat, In Domum nostram probationis Usuquiescem migrare ad dies aliquot consueuerat; vide velut Moses à Dei congressu radianti facie notabilis, sic ille planè succensus Diuino quodam igne, ac nihil nisi Deum spirans, ad familiarum reuertebatur. Cæterum hæc virtutes eius omnes velut aurum ex igne, sic è doloribus, ærumnis, & calamitatibus, quas varij generis atroces constantissimè pertulit, fulgorem, & pretium eiusmodi traxerunt, vt sine illarum commemoratione satis intelligi meritum earum nequeat. Simul Christi religionem, tandem subiectâ victrici gratiæ rebellis animi contumaciâ, suscepit, omnes vndique velut signo dato in florentem eius antea vitam, & statum clades, miseræque infestis armis incurrerunt. Primum omnium florem ipsum nobilitatis Regni, & victricium catenus copiarum, viginti millia fortissimorum militum vno infelici prælio trucidata miserabiliter gemuit, ipse vix saluus euadens, quatuor Regnis quæ paterno Bungeni addiderat, simul amissis, ac vix suum antiquum retinens; quippe solus, & incertus suæ fortis in summâ inopiâ per montes amos, & sylvas vitæ miseræ coactus latebras quærere. Nec defuit, vt olim afflicto Dauidi, amarus exprobor multiplex Semei. Nam Bonziji, & qui Bungenes adhuc in auitæ superstitionis cultu durabant, inter quos priorior ab eo repudiata obstinatissima in idololatria, & primogenitus filius, hæc ipsâ calamitate à Christianæ religionis suscipienda proposito dimotus, palam vociferabantur: apparuisse profecto Deorum numen, quos inconcussa peregrina Sacra transitu spreuisset. quando vniquam dum in eorum fide steterat tale quidquam esset passus? Quid porro cunctaretur ad eos suppliciter redire, quos suo tanto, & suorum malo reliquisset? Atque hæc aliaque generis eiusdem cum in Regis infelicis auribus fremerent, vix manus temperabant à misero per summum furorem discerpendo. Interim dum ille nihil fractus animo, quod vnum è Regiâ supplicii castri direptis captâ, fugiens tulerat Crucifixi Christi signum arcte amplexus, omnium sibi rerum, ac regnorum iacturam abunde Crucis, ac Christi possessiones compensari gratulabatur. moxque illis infidelium probis increbescens, ipse palam proiectus in genua, manibus, oculisque in Cælum subleuatis, ingenti sensu gratias egit, quod se regnis spoliasset, & bona ista fallacia, quibus sæpe dementatus à viâ felicitatis desessisset, et torqueri sibi voluisset. Tum clarè professus est, tantum abesse, vt hisce cladibus concussus, in fide titubaret, vt vel si vniuersa Iaponia, vel si Europa ipsa; immo si Sacerdotes omnes, ac per Orbem Christianum Episcopi à Christo deficerent, quod quidem fieri posse non putaret; sed tamen si fingatur casus, quo id contingeret, sentire, se se Dei beneficio præsentem vim, ac lucem animi ad Christi tunc Diuinitatem, atque Doctrinam ad mortem vsque profertendam, prædicandamque. Votum etiam publice concepit, quo Deo promittebat se se præceptis Dei, & Ecclesiæ obtemperaturum exactissime, neque id solum, sed quæcumque Patres Societatis, quos conscientia arbitros haberet, sibi ad salutem animæ proponerent, plenissime facturum. En vt optimus Dominus prout eius nomine Paulus Apostolus spondet, non permittit tentari fidelem hunc suum seruum supra id quod posset, sed fecit etiam cum tentatione prouentum. Varia dehinc fortuna belli fuit, sed vnus, impotensque in Rege Francisco fidei, ac virtutis tenor, quem per omnium herosicarum, Diuinarumque virtutum perfectissima officia ad extremum vsque spiritum pertulit. Exequiæ illi non quales optauerat, tamquam vni è Societate, sed vt Regi maximo, & de Ecclesiâ optime merito, quam magnificentissimæ ornatissimæque ductæ sunt. Præibant non solum è Bungi, ac Bungo finitimis Prouincijs, sed inde vsque Nangarachi ad

ad hoc ipsum euocati. Corpus mortui regie ornatum altè extans in splendido ferculo primarij Principes humeris gestabant, circum illud magno numero Toni, qui est inferior Principibus nobilitatis gradus, Vexilla quisque manu Cruce insignia gestantes procedebant. Post hos ibat Regina, Christiana mulier, quam Iezabele repudiata, sancto sibi matrimonio Rex iunxerat, cum Virginibus Regijs defuncti filiabus, luctuosâ veste conspicua. Multitudo inde innumerabilis plangentis populi. Pompâ in templum perductâ, deponitur cadaver in sublimi ac specioso folio supernè contexto, ac cereis vndique accensis collucente. Subinde cantatis alternatim per Sacerdotes Ecclesiastico ritu psalmis, celebratoque Missâ Sacrificio, laudatio defuncti à Ioanne Iapponio, Fratre nostro, disertè, appositèque perorata est, summoque cum assensu, tum applausu audita. Hæc peruulgata apud nos, illis gentibus noua, & inde mira, speciem præclaram, & commendationem, venerationemque consolandæ, ac confirmandæ isti nascenri Ecclesiæ accommodatas habuerunt. Hunc finem nactus est Franciscus Rex Bungi, anno fermè à Baptismo nono, eò acerbiores, quod idem quoque Ecclesiasticæ illic tranquillitatis finis fuit. Secundo enim, & quadragesimo ab huius obitu die Cambacundonus velut quidam Nero Iapponici Imperij, primam vniuersalem in Christianos persecutionem mouit, cuius causâ, ac principia narranda hic sunt. Inuidebat iam dudum professus boni omnis hostis malus Dæmon Religionis in Iapponiâ profectibus, quæ octo, & triginta annis, ex quo primum ei terræ committi cæperat, per aduersas, prosperasque tempestates, Cœli benignis influxibus, & operariorum Euangelicorum sedulâ culturâ continuis excrescens auctibus, iam lætas vndique amplissimasque segetes, maturis, & ad messem albis ostentabat spicis, tanto numero, tantaque specie tollentibus, vt spes certa videretur vniuersam Iapponiam vno alteroque anno Christi signa secuturam. Supra ducenta millia Christianorum numerabantur. In ijs flos erat præcipua nobilitatis Reges, Principesque multi, lumina ipsa Imperatorij comitatus, Exercituum ductores primi. Ad hæc Nobunangæ, & successoris eius Cambacundoni professus in Bonzios contemptus, & in Iaponicas superstitiones odium, viles eas, irrisasque popularibus quoque ludibrijs obiecerat. Vt earum professores eieci, passim Cœnobijs pulsi, delubris, Idolis, & instrumentis Sacrorum vndique per Christianos Dynastas fractis, incensisque spoliati, latebris, & longinquis solitudinibus reliquias sprete, conuulsæque Idololatriæ agrè miserrimas tuerentur. Inter hæc Cambacundonus, non vero ille quidem religionis amore, quippe homo atheus, & vitijs omnibus tyrannicis perditus, sed iactantia quadam, vt exterorum admirationem in se verteret, & eorum scriptis in patriam laudibus, famam apud Indos, & Europæos populos, ac Principes, plausumque consequeretur, nouis in dies, & miris exemplis fauorem in Patres Societatis, & Christianam legem præcipuum glorianter ostentabat. Venerat is Facatam, Urbem olim amplam, sed vltimis hisce bellis destruetam, & desolatam à Riofogo. Eam ipse reedificari pari, ac prius iterat magnificentiâ præfens iussit. Expectabatque castris ibi positus finem operis, cuius in designatione disertè cauerat, ne intra muros Facatæ nouæ, cuiquam Idolorum fano, aut Bonziorum Cœnobio locus daretur. Patribus solum Societatis ius esset Templum, & ei contiguam Domum ibi ponendi. Cui locum ipse commodissimum assignauit. Nec cessabat cum ViceProuinciali Coëllio quam familiarissimè palam agere. Quippe haud contentus accersere illum crebrò, & quoties vltro veniret peramanter excipere, etiam ad illum in Nauicula diuersantem cum paucis familiarissimis adiens horas totas cum eo suauissimis sermonibus explebat. Ex his, quod pronum est credita, insignis quædam Religioni Christianæ conciliabatur autoritas.

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

Y r

Nul-

187
188
189

188
Causæ per-
secutionis à
Cambacun-
dono motæ.

189
Prosperitas
Christiana
Religionis
in Iaponia.
Numerus, &
nobilitas
Christianoro-
rum.

190
Fauor Prin-
cipum.
191
Quo animo
Cambacun-
donus Chri-
stians grati-
ficaretur.

192
Facatæ re-
edificatio.

193
Ex ea exclu-
si Bonzij.

194
Templum
& Domus
Societati da-
ta.

195
Familiaritas
Imperatoris
cum P. Vice-
Prouinciali.

196
Plerique Re-
ges baptis-
mum petunt

197
Ex his nata
Diaboli inui-
dia.

198
Consilium
Dei in perle-
cutione per-
mittenda.

199
Scandala
quorundam
Christiano-
rum Euro-
peorum.

200
Occasionem
Cambacun-
doni præbet
malè opinan-
di de Chri-
stiana Reli-
gione.

201
Quam com-
parabat se-
ctæ Bonzii
Ozaccensis.

202
Causa proxi-
mæ persecu-
tionis libido,
& ambitio
Cambacun-
doni, Fraus
Iacuni.

Nullus ferè Regum erat, qui Doctrinam sibi sacram explicari non peteret. Itaque nostris nullam partem quietis diu noctuè capere licebat. plerique au-
ditè probabant, & baptizari postulabant. In his Cambacundoni fratris fa-
lius Rex, vnde viginti annorum Adolescens, & designatus humanis spebus
Patruj liberis adhuc carentis, hæres, ac successor, audità à F. nostro
Leone Christianæ legis explicatione, quamprimum tingi sacris aquis au-
diebat. Cubosama quoque, qui præter Regni vnus possessionem certam,
antiquum ius habebat in vniuersâ Iaponiæ Imperium, ei à Nobunangâ, & mo-
à Faxibâ ereptum, candidatum se baptisimî ferebat. His, vt dixi ringens
fremensque Diabolus artes experiri suas statuit. Idque illi supremus on-
nium Arbitrator, vt permitteret, iustissimis quidem haud dubiè, ceterum no-
stro ingenio inscrutabilibus causis est motus. Quantum tamen humane cu-
riositati timidè, obnoxieque fas est arcanis consiliorum Dei aciem intendo-
re, suspicari non inuerisimiliter possumus, voluisse illum hac perfectione
permittendâ, probare, & experimentis illustrare virtutum nouorum Chritia-
norum, veterum autem quorundam ex Europâ profectorum, oculis illius
nascens Ecclesiæ cum graui offensione obruta scelera vlcisci. Erant fræ
semper in varijs Iaponiæ portibus nostratum mercatorum naues. Plerum-
que verò Nanghazachij magnâ vna, & munitissima, statâ quorannis tempe-
te illuc Meaco appellens. Vectores in ijs, & negotiatores, non pauci græ-
probi que visabantur. Sed nec deerant immista tritico zizania, sax corru-
pta iuuentutis, copiâ lucrique successibus saginata, & in peregrinis lico-
littoribus extra censuram patriarum legum habenas effranibus desiderijs ce-
pide laxantis. delicatæ mundinantium stationes: luxuriosa coniuua: ebriis re-
mulentorum vocibus portuum crepidines personabant. In iniurias quoque
prorunpebatur. Virgines, mulieresque ad stuprum è viciniâ rapiabantur,
quarum aliquas constat inter robustorum Prædonum manus voluntariâ necesse,
meris in propria viscera pugionibus non aliter vitabile dedecus præterisse.
Atque horum flagitiorum Rei primo vento cum opimâ fugientes prædâ, li-
beras solum, & irritas querelas iniuriam iure persequi non valentibus Iap-
ponijs relinquebant. Quorum multorum audiebantur voces, aliam Euro-
peos Sacerdotes docere legem, aliam Europæos insitiores vivere. Nec of-
ficio nostri deerant in hæc facinoribus increpandis. Sed inermis
monitorum Sacerdotum autoritas, leue ac facillè frangendum repagulum
obestabatur cupiditatibus flagrantissimis, & iura sanctissima nature præ-
cipiti conculeare impetu pronis, ac paratis. Præterquamquod, qui libi
licere omnia volebant auos Infidelium portus, vbi sedes Patrum Societa-
tis non esse certum haberent, suis stationibus captabant, vbi sine mole-
stis arbitris genio litarent. Nemo falsò commemoratam hanc putet in-
Persecutionis causas, quâ certissimum est, vel maximè motum Cambacun-
donum ad sibi persuadendum, quod multis deinde edictis blasphemè, &
que impiè professus est, Religionem Christianam legem esse Diabolicam,
astutâ, & breui larnam positurâ dissimulatione populis illudentem, fraudu-
lento consilio Imperij Iaponici Europæo cuidam Principi subiugandi: genio
no planè dolo eius, quo vsu paulo ante ibi constabat Bonzium Ozaccen-
sem, qui specie sanctitatis dementatis populis, & multis sibi Regnis com-
paratis, eam potentie molem extulerat, cui euertendæ vix tota Nobunangâ
gæ primùm, deinde Cambacundoni ipsius, opes, viresque sufficissent.
Hiscè porro finium tam diuersorum eadem media captantibus consilijs, bene-
gnè probantis, & paternè castigantis Dei, Diaboli verò inuidè, ac cru-
deliter fauientis, apta ministeria præbuerunt, hinc quidem ambitio, & libi-
do, effranatissima vtraque, superbissimi, potentissimi, & sceleratissimi Prin-
cipis, inde verò flagitiosissimum obsequium execrabilis, & Christo intem-
pissimi Lenonis, quæ priusquam distinctius exponimus, Diuina quædam,
quæ præcessit inopinatissimæ mox eruptæ tempestatis denuunciatio memo-
randa

randa est. Iustus Vecondonus Tacazuchi, & Acaſci Dynaſta, Vicariam ſub Imperatore maximâ, ac potiffimâ copiarum partis præfecturam gerens, ſummâ apud Cambacundonum gratiâ, quadam die Iulij menſis, vultu fanè ſolicitò & præter ſolitum mœſto, Coëllium Viceprouincialem adiens his inexpectatiſſimè verbis eſt affatus: Diſſimulare nequeo, mi Pater, augurium quoddam mentis meæ, licet mentionis intempeſtiuæ viſum id iri prouideam: multò autem minus poſſum illud pro dubio reiſcere; vtique cum ineluctabili quadam autoritatis perſuaſione mentem imbuat meam, ſibi-que ſubiungat fruſtra repugnare molientem. Imminet ingens, & horribilis procella Religioni Chriſtianæ in Iaponiâ, qualis nulla ibi vñquam, vel ſando audita, vel imaginando cogitata eſt. Imminet autem tam propè, vt iam eius fragores primos, ſonitusque audire ruinarum, iam templorum ſtrages, Sacrorum incendia, Patrum exilia, Sanctorum cædes cernere oculis mihi videar. Nimirum haud ceſſabit Satanus hoc rerum cardine, quin tanto in periculo regni ſui ſtygias ſuas copias armet, & educat vniuerſas. Tale quoddam Iuſti Vecondoni vaticinium fuit, cui non tardiùs, quam triduò ſua fides conſtitit, irritato in Chriſtianos Imperatore operâ Iacuinis, qui & alio nomine Tocun vocabatur. Hic Bonzius olim Frenoiamenſis priorem vitæ ſectam, quam à tempore maximè Nobunangæ in aulâ euiliuiſſe animaduertat, gratioſiori apud Principes Medicinæ profeſſione cum mutafſet, arte multâ ſe inſinuauerat in intima obſequia Cambacundoni, cuius facilè obſeruata ſalacitatem, eam hominis ſibi penitus demerendi viam ingreſſus eſt, vt ſe flagitiorum eius, ac libidinum effuſiſſimarum non approbatorem, ac laudatorem modo, ſed adminiſtrum, & procuratorem exhiberet, præſtaretque diligentiffimum. Alebat Cambacundonus Ozacâ vbi plurimum morabatur, præter vxorem ſuam trecentas pellices, quas cum peregrinando non circumduceret, cura erat Iacuinis prouidere ipſi ex obuijs prædis, quo minus domeſticam copiam peregrè deſideraret. Ergo quocumque venturus Imperator erat, Emiſſarius iſte præmittebatur, inſpector, inquiſitorque formarum, è quibus quæcumque placuiſſent, ſiue Reginae eſſent, ſiue Regum filiae tollebantur, nemine nec patre, nec marito quidquam contra hiſcere audente: tantus erat, tamque latè vulgatus iracundi, ac præcipitis Tyranni terror. Commorante tum commodum, vt dictum eſt, Imperatore Facatâ, exhaustâ iam viciniâ Iacuinus excurrit Arimam, circumduciſque oculis, Virgines, & Matronas aliquot. notauit iudicio ſuo non illepidas. Eæ Chriſto mancipatâ, plus etiam virtute quam formâ præſtabant. Itaque cum illas ſingillatim impuriſſimus leno conſuetâ impudentiâ compellafſet, ſingulæ quaſi ex composito, ſcelus abominando, reſponderunt: morituras ſe millies citius, quam Dei legem, datamque Chriſto fidem violarent. Ad-diderunt quædam, ecquid eum puderet hominem olim Bonzium execrabilis miniſterij? multa que talia, quibus dignum erat ſceleſtiſſimum Nebulonem excipi, Chriſtianâ libertate prolocuta, omnes fugam, & latebras, ne qua vis ingrueret, inde quaſierunt. Indignatus ſupra quam credi poteſt inſueto euentu furciſer, inopinatiſſimæ repulſæ dolorem arcanis furijſ in rabioſo ſilentio coquebat. Subiecit deuoto ſibi dudum, & penitus obnoxio ſtygius Dæmon: offerri occaſionem vicifcendi Bonziorum iniurias, & Imperatoris potentiam in Chriſti religionem armandi. Erat Iacuinus priuatiſſimus Iuſto Vecondono, à quo delubrorum, Idolorumque ſtrages latè maximas, & factas haud multò ante, recordabatur, & nunc maximè fieri cernebat. Hæc longâ meditatione cum verſafſet, ſubducta cogitationum ſummâ, digeſtiſque, ac callide inſtructis nocendi artibus, multa nocte ad hilariter coenantem, iteratiſque luſitani vini poculis æſtuan-tem iam pectore, menteque titubantem Cambacundonum ingreditur, percontantique de more, ecquam duceret ſpecioſam comitem? ille artiſci mœſtitiâ obducto vultu, vacuum ſe, ac grauiter increpitum penèque pul-
Hiſt. Soc. Ieſu Par. v. Tom. I.

203
Vaticinium
Iuſti Vecon-
doni.

204
Iacuinus ex
Bonzio Me-
dicus.

205
Lenocinatur
Cambacun-
dono.

206
Tyrannica
libido.

207
Chriſtianæ
Matronæ, ac
Virgines ſa-
gitijs Tyran-
ni liberè ob-
ſtant.

208
Lenonis Iac-
uini ſcele-
ſta conſilia.

209
Ars eius in
concedendo
Cambacundo.

210
Oratio laeui
ni aduersus
Christianam
Religionem.

latum Animâ redire dixit, idque ipsum in lucro ponere, quod Imperatoris mandata obiens saluus reuenterit, miranti mox, querentique, inuidiosissimè cuncta exponit. Ad ea, etsi proum suspicatu erat ebrietas, ac libidine flagrantem Principem haud leuiter commouendum, tamen non modo fidem narrationis: sed cogitationis etiam captum exuperat, quam atrocibus, quamque uasanis subito exarserit furij. Exilit, discurret, uociferatur clamoribus horrendis, exitialia minatur Animam arrepsit: Mihi uero, inquit, Domine, immeritò uideris demerentem succensere mulierculis. Quid misera potuerunt, nisi, quod edocet, quod iussa fuerant facere? Ad hoc eas isti Europæi Bonziji, quos habes in delicijs, erudierunt. Id ipsas transmarina lex docuit, quam à uobis ipsis, qui palam eam uitæ Religionis præponitis, venerari, & non solum patrijs ritibus, sed naturæ affectibus, omnibusque officijs anteferre didicerunt. At si vel sero tempus est prouidere, quò hæc eruptura sint; tuas, Domine, delicias nouâ factione interpellari minima pars damni fuerit. Ulterius pernicies illustratur. Statui, ac fortunæ tuæ (Dij omen auertant) uitæ, inquam, ac capiti tuo timeo. Vides quanto numero ex omnibus Iaponiæ partibus nouæ Religionis nomen dederint, quot in dies noui accedant, ijque ex primarijs, ac nobilissimis. Iam millia supra ducenta numerantur: moxque, ut curus iste est, uerfa Iaponia Christianam se mirabitur. Notum autem est cunctos qui licet ista suscipiunt, Europæis Bonzijijs sanctissimo se se iureiurando deuotere. Ijs obedientiam spondere, quidquid illi iusserint, quamuis aliud Parentes, Leges, Principes imperent, facere. Quid? Tu putas eos illa infinitâ potestate in tuum potissimum commodum uiros? Equidem dubito an non istum Europæum suum, quem prædicant Principem, qui, & Indiarum parti maximæ, & Philippinis Insulis, & Macaensi Coloniae, totque alijs nostrorum litorum emporijs summo iure imperat, imponere cernicibus nostris uelint. Sed si hæc remittent, ut Iaponio nos subesse Imperatori sinant, cui potest esse dubium, quin è suâ illum conuisione delectum malint? Et habent paratum, quem promoueat Instum Vconodonum, cui proxime per tuam indulgentiam ad summum fastigium aduoto, unicus modo gradus superandus restat ut in supremum apicem euadat, quod ne faciat, quis, si paulo plus conualuerit poterit prohibere? habet exercitum ad manum, cui tuo beneficio præest: habet tot Reges, tot Regna Christiana, tantam clientum multitudinem: habet naues Europæas validissimas, portus nostros obsidentes, habet denique arcem Nangazakensem, quam isti mercium in tuto habendarum prætextu in terris nostris munierunt. Nec indormire te conuenit fiducia fallaci ex præsentis Sacerdotum exterorum modestiâ, & erga te ueneratione nata. Eam laruam quoad erit rationibus ipsorum opportunum præferent. Quantum consilio, nec minus cupidi, nec minus sunt ambitiosi, quam homines ceteri. Sed aliquanto plus, quam vulgus ad dissimulandum callidi. Intellegere hoc licet ex ijs, quæ audent in remotioribus locis ubi minus obseruantur, & plus possunt. Eorum atrocitia, & rapus feminarum è Nangazachiensi, è Firandensi, ex alijs nostris portibus, & terris, & palam sciuntur, & impunita tolerantur. Piorum uita existimo, insitere hos homines vestigijs Bonziji Ozacensis, quem incubantem impetio uniuersæ Iaponiæ uix tandem Dijs omnibus iuuantibus ultimo tuo conatu, conuulsuque debellasti. Is, quod optime nosti, à principio inopis, & infirmus, ad istam quinque regnorum possessionem, & formidolosissimam potentiam Sanctitatis astutâ simulatione creuerat. Et illi tantum multa deerant, quæ istis abunde suppetunt. Tot Regum, & Regnorum coniuratio, ducenta millia plerorumque nobilium clientum ad omnia paratorum, & nihil nisi nutus unius significationem expectantium.

Postre.

Postremò fiducia classium auxiliarium, quas isti vno sibilo ex India, è Luzonum vicinis Insulis, Philippinis ab his dictis Regis istius sui cuius nobis metum intentant, & fortasse iugum parant, nomine; è Macao denique euocare possunt. Hæc aliaque in eam sententiam cum Leno detestabilis peroraret, immanioribus quam prius intemperijs bacchari Cambacundonus, incusare suam inconsultam indulgentiam, horrendum intonare atrocibus minis. Denique in illo furoris aestu vnum ex apparitoribus compellans: Ito, inquit, hac ipsâ intempesta hora (nox erat fere media) ad Iustum Vcondonum. pulsa, perfringe fores, & hæc ei à me auncia: Eligat momento vtrum malit: an cum Dijs Iaponia, quorum fana incendit, simulacra comminuit, Ministros exterminauit, resumpto palam eorum cultu redire in gratiam, an in nouâ peregrinâ superstitionis professione perseverando, statu, ac fortunis euersus exilio multari: vix ille mandatum obiturus abierat, cum alium inquietissimo aestu Tyrannus præceps ingeminaturum eadem eodem mittit. Audito Vcondonus utroque. Sedatè, ac reidenti similis: Ite, inquit, & statim renunciate Imperatori, exilium me præoptare impietati, ac quantum in vitâ, atque in famâ bonorum est, cum ipso spiritu, ac sanguine, millies me prius profundere paratum, quam vt Christi cultum, atque amorem, & Sanctæ Christianæ Religionis constantissimam professionem extorqueri mihi patiar. Simul hoc Iusti Vcondoni responsum est relatum, Cambacundonus eodem iræ vehementis impetu è Ministris vnum, & super hunc mox alium ad P. Coëllium in naui suâ pernoctantem, & tunc nocte utique concubiâ dormientem misit. Excitatus is magnis, & contumeliosis è littore vocibus satellitum duorum, comparuit è prorâ, & à nuncijs audiuit: Quæ- rere Imperatorem, quâ facultate Patres Deorum Iaponia Tempia dirue- rent, aras, & simulacra confringerent, Bonzios expellerent, populos co- gerent suscipere peregrina ipsorum sacra, Boues occiderent animal inno- xium, & benemeritum de humano genere, denique quo iure Lusitani Iaponios per vim raptos, coniectosque in naues seruitum in alias terras abducerent? Hæc Viceprouincialis audiens, incredibiliter admirabatur tan- tam tam breui tempore existere mutationem potuisse. Nam recordaba- tur ante paucas horas, vespere diei præcedentis Cambacundonum fami- liarissimo vultu in istam ipsam Patris nauem, eius honorificè visendi cau- sâ venisse, diu ibi hæsisse, longis, & humanissimis sermonibus serendis, benevolentiamque, qua nunquam cuiquam antea maiorem demonstrasset, tam erga Patres, quam erga Christianos haud dubijs indicijs ostendisse. Iussus tamen minaciter expedire ad ea quæ sita responsum, quod mox ad Regem expectantem referretur, breuiter reposuit: habere Patres ipsius Imperatoris diploma, quo potestas eis amplissima fiebat Christianæ legis in Iaponiâ profitendæ, propagandæque. Huius cum primum caput sit: vnum esse colendum Deum, qui fecit Cælum, & terram: satis patere, cui liceat esse Christiano, eidem utique concedi Deos Iaponia non colere, quorum fana, ac simulacra, populi, ac Principes, qui sponte probatam Christi Doctrinam, eius compertâ veritate amplexi essent, vt sibi iam inutilia, ac Deo verò exosa iure suo disturbasse, sacrificulosque, ac ministros eorum aliò amandasse, ipso non semel Imperatore talia se haud improbare testa- to. Boues in Europâ, vti & alias animantes in Iaponiâ adhiberi in ci- bum solere. Non magnum videri crimen si peregrini patrium ritum in terrâ exterâ usurpauerint, quod citra cuiusquam damnum se facere puta- rent. Tamen si iubeat Imperator haud grauatè in posterum ab isto ali- mento temperaturos. De Lusitanorum, quæ memorabantur, iniurijs, non esse Patrum respondere, quibus nec illa compertæ satis essent, nec in- eos, qui earum autores ferebantur, imperium aut potestas esset. Multa in omni Societate hominum priuata temeritate contra publici Consilij men-

211

Furia Cam-
bacundoni
in Christia-
nos.

212

Optio Apo-
stata, aut
exilij Iusti
Vcondono
oblata.

213

Ad eam,
Vcondoni
generosum
responsum.

214

Nuncij No-
cturni Impe-
ratoris ad
Coëllium.

215

Quid ex ieo
quæsierint.

216

Eiusdem re-
sponsum ad
quæsitâ.

217
Exilij sententia in Iustum Vcondonum lata.

218
Exilium in Iaponia longè maius malum, quàm in Europa.

219
Generositas Vcondoni.

220
Reiicit suasiones consulentium, vt dissimularet.

221
Impetum cepit ad eundem Imperatorem, & predicandi ei legem Christi.

mentem, ac voluntatem attentari. Deferrentur querelæ ad Nauarchos, & Magistratus gentis. Confidere se nihil, quod æquum sit, vel ad expiationem præteritorum, vel ad cautionem in posterum, ipsos recufaruros. Ea Viceprouincialis responsa dum perferuntur ad Cambacundonum, iam ipse audita Iusti Vcondoni constantiâ in fide, miserat, qui ei capitalem Exilij sententiam à se dicerent. Non informabit veram speciem herosæ patientiæ Confessoris huius, cui mores nostri persuaserint, totum exilij malum in vnâ demum patrij Cœli, ac soli priuatione constare; nec peccatam inuideri, quo minus exclusis natali terrâ, Regiones aliæ tuto possideant, & qualibet exules in parte beati regnent. Longè alia notio subditi exilij vocabulo, in vsu, ac linguâ Iaponum. Ibi enim, cui aqua, & ignis in Ciuitate quapiam interdicitur, idem continuò bonis omnibus mulctatur, neque ipse solum: sed parentes, vxor, Filij, consanguinei, necessarii, clientes quin etiam omnes, ac quoquo modo subditi; quibus viuicis, quantumuis alioquin innocentissimis, iniquissima conditio imponitur subditi fortunam eius, quicum erant qualiscumque cognationis, aut officij vinculo coniuncti. Additur in cumulum proscriptio, & designatio ad necem ipsâ relegationis lege significata, idque in incertum tempus ad arbitrium principis irati nutum. In quo est miserabilis anxietas expectationis ærumosè pendentis. Ita igitur indictum sibi Iustus Vcondonus exilium subiit, vt ad illam ipsam mentionem sibi animo subijceret amissionem Principatum Tacacuquiensis, & Acasciensis, pariterque subditorum, quos ibi habebat fidiſsimos ad multa millia, condonationem crudelem in manu successorum, sibi & illis infensorum. Præterea honorum, ac Magistratum militarium, quibus amplissimis, ac quætuosissimis gaudebat, libertatem irreparabilem, è possessione annui census aureorum septuaginta millium in extremam egestatem subitum transitum, denique patris optimi, senis iam decrepiti Darij, fratris vnici, coniugis lectissimæ, ac pariorum filiorum spoliationem, exturbationemque è patrijs ædibus miseram. Neque ista tamen tristissima species, aut labefactauit viri constantiam, aut vultus, saltem, ac frontis serenitatem vlllo mœroris indicio fulcavit. Perstitit erectus, atque alacer in prius declaratâ sententiâ: exiliumque, cuius minis turbatus antea non fuerat, præsens accipere se dixit, animo non solum intrepido, sed etiam lato; inde sumptâ gaudendi causâ, quod ob religionem spoliari, ac mori, gloriosum, atque optabile sibi diceret. Hic statim ipsi duo nuncij, & mox amici ad famam accurrentes eerratim apud Iustum instare: cederet aliquantisper iræ Imperatoris, & flecteretque vel modicum, ne ei aduersus occurrens, se suosque subditus perderet. Possè illum religionem dissimulare paululum quoad mitigato Principis animo, illam opportunius profiteretur. Dubium saltem minusque contumax responsum daret, quod ipsi mollire perseverare possent. Hæc allegantes acerbis Vcondonus figens oculis: Impium est quod suadetis, vanum, quod speratis, inquit. Ego-ne, vel Imperatori fucum faciam, vel iuram Deo fidem fallam? ite aditum renouitate Cambacundono, fortunas, & vitam eripi mihi posse, Religionem neque conscientiam, neque professionem Iusto quemquam nisi cum vi extorturum: quod si quid falsâ humanitate tamquam mihi consulturi fingitis, Ego mox sequens refellam, & coram Imperatore vestrum modicum coarguam. Non multum tempus effluerat à nuncijs in hunc modum dimissis, cum Vcondonus magis, ac magis cogitando exardescens generosis affectibus pro Christo moriendi: quid si (inquit secum) ipsi coram Regi me sistam, & ardenti oratione adhorter ad Christi religionem amplectendam? Nempe hinc alterum è duobus eueniet: aut vt Cambacundonus veritate victus cedat, ac credat; aut vt idem libertate offensus meâ me obruncet. Vtrumuis expectabile, & quantis

touis emi dignum pretio est . Ibat igitur , quò dulcis spes vocabat : peruenire tamen non potuit , obstantibus amicis , & non tam verbis , quæ frustra iaciebantur , quam vi , ac complexu retinentibus . Agrè tandem alia sequi consilia coactus , conuocauit illucescente iam die Duces , ac Tribunos , qui sub se militabant , Christianos omnes , virosque fortissimos . Plerique illorum nondum quæ erant nocte gesta cognouerant . Et qui primi conuenerunt , ex alacritate oris , ac vultus , quem in Iusto festiuorem solito cernebant , alia longè omnia ominabantur , quam quæ mox audierunt . Dixit enim illis : se Diuinâ misericordia , dignum habitum , qui honorum iacturam , & exilium Christi causâ pateretur . Quare alium , Ducem alium Patronum quærent . Vnum sibi dolere , quod hoc improviso casu sibi facultas adimeretur remunerandi , vt constitueret , fidem illorum egregiaque merita . Sed hoc curâ Christo futurum , omnium Domino , cui haud paulò meliora , pretiosioraque ad manum sunt præmia , quam quæ ab hominibus sperari possunt . Hinc exorsus vehementem , & incensam adhortationem ad perseverandum in Religione , interpellatus est lacrymis , clamoribusque condolentium , & more Iaponico , capillos è capitis vertice refecantium , quod illic indicium summi doloris est , & indiuiduæ vltro susceptæ societatis acerborum casuum , qui amicis obuenerint . Verùm Iustus singulos amplexans , multis persuasit , vtilius è re communi Religionis fore si , quoad Imperator fineret , in gradu perstarent : paucos , quos de proposito dimouere non potuit accingere se ad iter mox secum suscipiendum est passus . Interim vulgatâ per Urbem Facatam , perque exercitum , atque Imperatoris comitatum rei famâ , certatim præcipui quique , ipsique adeò Reges accurrere , condolereque indigna patienti . Pecunias quin etiam offerre pro se quisque . Ille omnibus gratias agere , pleraque reculare , pauca tantum quædam , ne superbiæ abfinitia imputaretur , accipere . Vespere , vt se turbâ explicaret , quâ per diem domus redundauerat , clanculum scaphâ conscensa in vicinam Insulam traiecit , vnde primo diluculo discedens , Aescium vbi familiam habebat , se contulit , eâ celeritate , quæ famam præcurreret . Ergo ipse exilij sui nuncijs , vt primùm coram familiaribus apparuit habitus fordido , & sine insignibus Magistratus , pater eius Darius , Frater Taromodonus , ante omnes vxor , grauitè commouebantur , anxieque interrogabant , quid ei accidisset ? nihil prorsus de Religionis persecutione suspicantes , propter latè vigentem opinionem de optimo Imperatoris in rem Christianam animo . Verùm vbi Iustus subitam mutationem Cambacundoni , indictumque sibi , ac Patribus exilium retulit , statim mira , nec humanis imputabilis affectibus Darij optimi Senis exultatio emicuit . Is oblitus quantum arumnæ , ac cladis in decrepitam suam , ac fatiscentem ætatem inopinata filij calamitas accumularèt , illud ipsum naufragium fortunarum propter causâ honestatem amare , ac gratulari sibi potuit , religione , ac cælestium luce rationum humiles naturæ sensus opprimente . Ergo ipsèdem manibus , quibus alte sublati Deo gratias egerat , quod familiam dignam duxisset suam , in quâ Christianæ constantiæ , iacturas humanas despicientis , prima exempla constitueret , Iustum mox non sine dulcibus lacrymis amplexans , læta , inquit , fili narra , bene nobiscum agitur . Macte istâ virtute . Libenter sequimur . Nec egestas terret , aut quantum malorum in exilio est . Eamus astutum , quo Deus vocat . Vtinam contingat post opes , ac rem familiarem , etiam vitam pro Christo profundere . Patris vetuli auctoritatem proprijs etiam sensibus familia secuta , omnibus palam lætitijs incensit . Frater , vxor , liberi certatim pro se quisque Vecondonum amplecti , renidenti omnes vultu , festis acclamationibus celebrare gaudium , concurrere in ædem sacram , hymno solemnî gratulari felicem fortem , nec finem instantis mali alium optare , quam statim oppetendam pro Christo mor-

222
Verba eius
ad amicos .

223
Ipsi Erhnie
Iusto condoleant .

224
Gaudium
Darij Patriis
Iusti ob eius
exilij Christi
causa illatum .

225
Idem sensus
reliquæ fami
liæ .

- 226 Quæ paulo post cum Iusto exulatum abijt.
- 227 Varij receptus exulium
- 228 Darius consolatores reijcit invitans ad sibi potius gratulandum.
- 229 Et pacem propriam nisi communis Ecclesie sit respuens.
- 230 Exilij sententia in Patres
- 231 Quod naus desisset conuenire Firandum iubentur.
- 232 Promulgatur sententia in Patres.
- 233 Veritum Cruces palam colere, reliquiarum arculas, & coronas ferre.
- 234 Simulatur obedientia, ne Tyrannus exasperetur.
- 235 Patres conuocantur Firandum.
- mortem. Hinc reuersi ad iter se comparant. Nec multo post viatoria suppellecili non multa, sarcinulis aptis expediti prodeunt, copia rerum cum domibus facile dimissa, dignum Cælo teste spectaculum. Darius decrepitus Pater cum Vcondono, & Tarciemodono filijs, Matronis, & liberis eorum, heri principes hodie mendici, alacres, hilaresque nunquam amplius visendis in quibus regnauerant laribus exibant. sequebantur clientum inoperta turba, viri sarcinis, mulieres paruulis onusta; omnes quo se recipere ignota passim aliquantum per auia errarunt. Inde in syluis ac montibus variis quæsitis recepti latibulis. Iustus quidem cum suis in Augustini lacucondoni Præfeti maris ditionem eius inuitatu concessit: ibique rure in domesticula seducta, extra famam, & commercium, humilem, & egenam, sed celesti gaudio redundantem debebant vitam. Non desuerunt, qui per vetere viri splendore Darium huc inuiserent priores amici, quibus foret acerbam lamentantibus, & celerem reditum augurantibus in fortunam priorem, bonus senex nihil fractus animo, gratulamini si me amatis potius, aiebat, felicitati meæ, melioraque optate quam quæ ominamini. Nec quæ offertis apud Imperatorem officia admitto in proprium, & peculiarem domum meam fructum, gaudere solum paratus, si reconcilietur Religioni Princeps, & florere, vt prius eam iubeat. Sin Ecclesijs vastatis, Patribus expulsis, priuatam Iusto meo filio, familiaque nostræ gratiam offerat, contumelia loco habiturus. Hæc non suo magis, quam suorum omnium sensu loquebatur generosus Confessor; haud paulo acerbius, quam propriae suæ domus mala, Damna Ecclesiarum, & exilium Christianæ legis promulgatoribus indictum ferens. Nam post ea quæ retulimus Viceprovinciæ li Coëllio primum iussu Cambacundoni noctu denunciata, cum postridie mane quid Patres responderent Tyrannus audiuisset, multa in Christi legem ac Deum Christianorum furiose, ac blasphemè vociferatus, sententiam ad extremum scripto mandatam ad Coëllium, misit; quæ præfatis moræ ipsius, ac Sociorum in Iaponiâ die vicesimo, post eum diem si quis eorum intra suorum Regnorum fines reperiretur, grauissimè multandum, decernebat. Ad quæ cum statim Coëllius excepisset, fieri haud postea, vt ipsi de Iaponiâ excederent ante diem vicesimum, cum naus vicia, quæ ad Sinas de Iaponiâ rediret, non ante sextum ab hinc mensem esset soluta. Respondit Imperator: conuenirent saltem omnes quamprimum Firandum, ibique naus discessum expectarent. Post quem si quisquam Patrum, sine ortu exterius, siue indigena, in Iaponia reperiretur, capite iuturum. Dimissis inde per Ciuitates præconibus proclamari iussit: eijcere, se, de Iaponiâ Patres, eo quod legem Diaboli promulgarent, Dissque Iaponicis cultum abrogarent. Cuius sententiæ tabulam facata in loco conspicuo propositam Cruces de vexillis, militaribus, & naualibus deleri, de culminibus, alijsque locis vbi fixæ fuerant reuelli iussit. Veruit quoque ne quis deinceps (quod frequentissimum tunc erat) Cruciculas, reliquiarum arculas, aut coronas, de globulis insertis palam de collo gestaret, minatisque est se Christianos omnes, pœna mortis aut exilij ni parerent proposita, ad eiurandam religionem adacturum, quas tamen minas numquam in rem contulit. Percussus his Coëllius, & incertus animi quid facto esset opus, grauissimos & sapientissimos quosque Christianorum ex Imperatoris comitatu Procurum in consilium adhibuit. Omnium concors sententia fuit, cedendum tempore quoad Religio sineret, abstinentium nimirum publico, aut splendido exercitio rituum Sacrorum. Conuocandos Firandum Patres ceteraque ad eam speciem affectanda, quasi edicto Imperatoris plenè obedientia constituta sit. Erant de nostris sparsi per Iaponiam fere viginti supra centum; ij strenuis nuncijs acciti ad conditum breui locum conuenerunt, adductis etiam Seminariorum alumnis, & Cathedistis iuuenibus: quod ij omnes tam ardentè institissent apud discedentes patres, vt ipsi

ipsis negari non potuerit, quam ambiebant periculorum, atque exilij Societas. Et alumnos quidem adolescententes præcipuè omnes nobilitatis Organtinus scribit, obtulisse pro se quemque vniuersos scriptas declarationes iensibus ac propositi cuiusque, in quibus rem familiarem, spes domesticas, Patriam, Parentes, affectus cunctos Christi legis tuendæ causâ abdicare se paratos, atque abijcere profitebantur. Appulsis omnibus Firandam Organtinus è nostris vnus cum duobus item nostris non Sacerdotibus defuit, ijs enim ViceProuincialis petentibus, & magnam illius, Ecclesiæ necessitatem obtendentibus permiserat, mutato habitu clam ijs in locis hæreret. Inter reliquos Patres versata Firandi deliberatio est: Ecquid obtemperandum Cambacundono esset abire è Iaponia iubenti? Omnibus citra controuersiam visum omninò manendum Sacerdotibus, concionatoribus, Cathechistis, & si qui alij iuuandarum, & consolandarum, animarum facultate aliquâ valerent. De alijs, maximè nouitijs, itum in sententias est, quibusdam differentibus optimum factu videri submouere ipsos Amacuum, vt ibi in tranquillitate educari adolefcere possent ad supplendum aliquando defectum consumptorum ærumnis, aut Tyranni gladio peremptorum Patrum, praualluit tamen generosus consilium cenfentium, ne tirones quidem ab hac communione periculi segregandos, nec inuidendam ipsis raram occasionem educationis nobilis inter prælia certantium, & palmas martyrum, vnde ipsi non tantum exemplo, sed vsu quodam, & exercitatione tolerandi, ad Christianam robur acuerent indolem. Ab hoc decreto dispersiti in varias Dynastiarum Christianorum terras per modicos manipulos, tam nostri, quam Alumni, & Cathechistæ sunt. Nec laboratum in reperiendo, qui reciperent. Etsi enim graui recipientium sumptu, & præfenti capitis (vt erant tempora) periculo fiebat, tamen certatim Christiani Principes, quam maximum nostrorum, & alumnorum, ac Cathechistarum numerum posebant, quem apud se alerent, in lucro habituri si ob neglecta in eo Cambacundoni mandata læsæ Maiestatis rei facti, occasionem fundendi pro Christo sanguinis nanciscerentur. Hoc animo Princeps Omuræ duodecim è nostris impetrauit, Firandi Præfectus quatuor, Rex Bungi nondum in deterius mutatus, quinque; Maxentia nobilis Matrona Sedes habens in Regno Cichungi, duos, Princeps Amacufæ nouem, Protasius Rex Arimæ alios omnes, hoc est septuaginta è nostris, & ferè totidem Alumnos Seminarij, quibus omnibus super tutum receptum, etiam stationes commodæ studijs, & exercitationibus Iuuenum, cunctaque ad victum, cæterumque vsum necessaria liberalissimè vbique suppeditata sunt. Atque ea Amacufæ liberius quoque, ac minori latendi curâ, exhibita. Nam cum alibi nostri vestem mutarent, & ibi quoque id agere instituisent, bonus Princeps prohibuit, aiens se adhuc Dei beneficio tantum in suis terris posse, vt Christi Sacerdotibus tutum esset ibi palam apparere. Deinceps breuiter indicandum est, quibus hominum, vel sensibus hæc noua persecutionis fama, per vniuersam Iaponiam excepta sit. Mirum sine dubio videbitur etiam ipsos Ethnicos hoc nuncio turbati vivos; nec paucos ex ipsis, liberis priuatim sermonibus iram iniustam Cambacundoni vituperasse, quâ futurum, crederent, vt Exteri Principes, ac populi Iaponios inhumanitatis accusarent. Ipsa Regina vxor Cambacundoni audito Patrum exilio grauiter ingemuit, misitque certum hominem, qui hoc ipsum indicaret, insuperque polliceretur, se apud virum instantissimè asturam, vt, si fieri posset, sententiæ reuocationem impetraret. Cognitum postea est haud quam fidem dictis defuisse. Re vera enim cum primùm vidit Cambacundonum, commemorandis prioribus eius de Patribus iudicijs, modestiæque ipsorum, ac virtute commendandâ, id effecit, vt fateretur Barbarus, se paulò vteritis irâ prolapsus, quam necesse, aut forte etiam conueniens fuisset.

Hist. Soc. Iesu Par. v. Tom. I.

Z z

fuis.

236

Feruor alumnorum Seminarij.

237

Organtinus cum duobus mutata veste delitescit.

238

Deliberatio Firandi habita an abeudum nostris è Iaponia?

239

An non saltem iuuenes, & nouitijs periculo subducenti?

240

Decernitur omnes in Iaponia retinendos.

241

Principes, & Dynastæ vltro patres iuuuant, & recipiunt in suis terris.

242

Ipsi Ethnici persecutione turbati.

243

Vxor Cambacundoni miseratur Christianos.

244

Et frustra ceatur iuuar

IN TORONTO
PART IV

FABRIS
TORONTO

fuiſſet ; ſtatim tamen obfirmato in ſcelere animo ; ſubiunxit : ſibi certum eſſe utcumque ceptum negotium vrgere : nec enim eſſe ſua dignitatis a ſuſcepto cum tanto ſtrepitu propoſito, citò ac leuiter abſiſtere . At Chriſtiani per vniuerſam ſparſi Iaponiam numero paulum ſupra ducenta milia, ea vbiq; ferè , ac plerique edidere audito Edicto Cambacundoni , ge- neroſi & heroicè fortis animi ſpecimina , vt pronum creditu facerent , et ipſa de cauſa permiſſe Deum iſtam eruptionem iræ tyrannicæ , vt præcitra illa conſtantia , fidelique mirabilis , quæ in tranquillitate , vt lampas in meridie , animaduerti minus poſſet , in hac perſecutionis quadam velut nocte , ſui vim fulgoris obtineret . Concurrerant paſſim ad templa omni ætas , & ſexus , Patres , Matreſque familias cum liberis etiam parvulis . Ibi ſe, ſuoſque ad necem pro Chriſto ſubeundam non modo promptos exhibebant , ſed id ipſum , vt ſibi contingeret in loco gratiæ poſcebant . Iam nullus iterandorum pœnitentiæ , atque Eucharistiæ Sacramentorum finis , nullus vigiliarum , ieiuniorum , orationum modus , rerumque eiufmodi , in quibus momentum eſſe ſciebant ad impetrandam perfeuerantiæ gratiam . Migrabatur è pagis in Vrbes vbi harum rerum facultas , oportunitaque per- rator ; adeoque cura erat nulla vitandi oculos Magiſtratum , vt magis opè re opus eſſet admonere , ne inconſulto feruore oleum in flammam magno Eccleſiæ damno iacerent . Hæc intento curſum digito indicæſſe ſufficiat ; ad plenum enim exequi velle maioris eſt otij .

245
Chriſtiani
forti animo
excipiunt
nuncium per
ſecutionis .

246
Mortem op-
tant ; & ad
eam ſe com-
parant .

247
Terre motus
vehemens
Chiri in Per-
uuia .

248
In eo caſu
officia Pa-
trum .

249
Eſſectus ter-
re motus .

250
Varieras lin-
guarum in
Pagis nouæ
Cordubæ .

251
Vnde illa
orta .

252
Oſtingenti
conuerſi .

Chiri qua Ciuitas eſt prænobilis Peruuia, vniſ Prouinciæ caput, Epilcopi , & Prætoris Sedes , vbi è noſtris quatuor ab anno ſuperiore re- ſidere ceperant , hoc anno tertio Kalendas Septembres poſt ſolis occidum horribilis terra motus ſolum ita concuſſit , vt ferè inſtar procelloſi maris fluctuaret : nec ſtare in veſtigio homines , aut ingredi ſineret , ſed verti- gine capitis , & validis in vtrumque latus impulſibus cadere cogeret . Era campana ſuccuſſis vnde pendebant varie librata turribus , ſine hominum operâ ſonos edebant . Minimè obnoxiam , (vt putabatur) hinc caſibus Ciuitatem , conſternatio inceſſit eò grauior , quod nec remedium , nec ſolatum mali erat , tam vehementis ab ipſo principio , vt nemini ſpa- rium , aut animum relinqueret de alio iuuando cogitandi . Sed Deo mi- ſerante breui paulum reſedit atrox illa vis , remiſſique ſe in commotionem iam tolerabilem , qua inceſſum vtrumque permitteret . Eâ , vt primum le- dedit , vſi facultate Patres noſtri cum laternis Vrberu concurſarunt , conſo- lando populo , remedioque confeſſionis egentibus volentibusque offerendo . Aliquot euerſæ domus , multa templa quaſſata , Domui noſtræ humil- tas credo ſua profuit , vt ſtaret , cum eſſet aliòqu fenio putris , & mi- lè materiata : quidam occiſi ruinis tectorum , plures vulnerati . In oppido vicino terra dehilſcens multos mortales hauſit . Alibi diſſiliens pars Montis pecora in valle paſcentia cum Paſtoribus oppreſſit . Haud procul hinc pagus antea ficcus , & fonte carens , poſtquam Domus omnes vehementi ſuccuſſu deſtra- ctæ ſunt , fluium è viſceribus effudit tetram latè Mephitim Cælo inhalantem . In Tucumanis Cordubam nouam , à ſimilitudine quadam temperiei , ac litus cum Europeâ Corduba ſic dictam , vrberu pagorum Suburbanorum frequen- tia nobilem , & noſtris Epilcopo ductante iniere poſtridie Kalendas Februarias huius ineuntis anni , experiri que mox operam ceperunt ; magnis difficultatibus ſpem infrigentibus , maxime ob varietatem incredilem lingua- rum ; vnoquoque ferme pago idioma proprium ipſumque difficillimum ha- bente . Id adeo inde eſſe crediderim , quod parum commercij inter ſe eſt etiam vicinis oppidis , ob metum inſidiarum in Barbariei confinijs . Itaque minutis etiam locis ſitûs munimen quærunt , & arte ac labore quantum poſſunt adiuuant , vnde oritur noua moleſtia ſuperandi tot arduos montes , quorum duntaxat in verticibus , iſſque maxime præruptis , atque inuis viculi quoque ipſi , ac Caſtella ſunt ſita . Breui tamen Deo conatus adiu- uante ,

